

19


8662.1

*Iuris M
unicip. Prae
**

27998







IVRA
MVNICIPA-
LIA TERRARVM
Prussiae, & leges ad eas
Terras priuatim per-
tinentes.



Anno Domini

Michael Petrus

127398

45

127998

CANDIDO LECTORI S.

CVM Iura & Priuilegia Terrarum

Pruissiae à plerisque non tantum in dubium periculose vocarentur, Verum etiam sub praetextu ignoracionis, cum summo Terrarum præjudicio & discrimine, aperte violarentur, & in præsum aique peruersum sensum flecterentur ac detorquerentur: Visum fuit ea typis excusa in publicum proponere, ut ita Iuribus & Priuilegijs iplijs saluis & integris, nemo vel ignorationem aut inscitiam prætendere, vel ea in alium, quam qui est ipsorum Priviliegorum verus ac genuinus sensus rapere & detorquere, polsit. Tu igitur candide lector, ea quæ bono & synaero animo proponuntur, iudicio candido lege, & hunc qualcumque laborem boni consule ac feliciter Vale.



PRIVILEGI- VM CVLMENSE.

FRATER EBER-
hardus dictus de Seyma,
præceptor domus Sanctæ
Mariæ, theutonicorum per
Alemaniam, & vices ge-
rens Magistri generalis per Liuoniam &
Prussiam, Vniuersis Christi fidelibus
præsentem paginam inspecturis, oratio-
nes in Domino Iesu Christo.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos
cum ad partes Prussiæ pro negotijs pluri-
mis venissimus, promouendis inter alia,
quæ nobis diffinienda occurserunt, ibidē
negocia, ciues Culmeñ: ac Thorunieñ:
turbatos inuenimus pro eorū priuilegio,
quōdam eis à Magistro nostro bonæ me-
moriæ fratre Hermāno dicto de Salcza,

A 2 & fratre

& fratre Hermanno Balkone, primo
eiusdem terræ cōmendatore donato, &
postmodum per incēdium ciuitatis Cul-
mensis amissō, Cuius rei veritatem à fra-
trib. nostris ac alijs viris honestis nos ple-
nius cognoscentes, de communi consilio
fratrum nostrorum ibidem existentium
pariter & consensu, dictos ciues lētificā-
tes, priuilegium prædictum ipsis restaurā-
dum duximus, In hunc modum. Frater
Hermānus domus hospitalis Sancte Ma-
riæ Theutonicorum Ierosolimis, Magi-
ster & frater Hermānus Balko, eiusdem
ordinis in Prussia prouisor, nec non totus
eiusdē domus Cōuentus vniuersis Chri-
sti fidelibus, hanc propaginam inspectu-
ris, Salutem in vero salutari. Quanto
plura quantoq; maiora Culmeñ: terræ,
ac præcipuæ Ciuitatum nostrarum inco-
læ Culmeñ: scilicet & Thorunieñ: tum
cum

cum Christianitatis defensione, tum pro
domus nostræ promotione discrimina
sustinebant, tanto ardentius atque efficacius
in omnibus, quibus cum Iustitia
possimus eis adesse volumus & debe-
mus. Hinc est quod eisdem ciuitatibus
hanc perpetualiter libertatem, ut earum
ciues eligant sibi, in ijsdem Ciuitatibus
singulos Iudices annuatim, qui domui
nostræ & cōmunitati competant earun-
dem, eisdem iudicibus celsimus perpe-
tualiter de parte tertia mulctarum Iudici-
alium, pro culpis maioribus pensatarum,
poenam minorum excessuum, quæ quo-
tidiana dicitur, videlicet xij. nummos, &
infra eis totaliter concedēdo, Ita ut quic-
quid de talibus Iudex infra tribunal in-
dulserit, de quatuor solidis videlicet, &
infra, id etiam ex parte domus nostræ sit
indulatum. Veruntamen de maioribus

& fratre Hermanno Balkone, primo
eiusdem terræ cōmendatore donato, &
postmodum per incēdium ciuitatis Cul-
mensis amissō, Cuius rei veritatem à fra-
trib. nostris ac alijs viris honestis nos ple-
nius cognoscentes, de communi consilio
fratrum nostrorum ibidem existentium
pariter & consensu, dictos ciues lātificā-
tes, priuilegium prædictum ipsis restaurā-
dum duximus, In hunc modum. Frater
Hermānus domus hospitalis Sancte Ma-
riæ Theutonicorum Ierosolimis, Magi-
ster & frater Hermānus Balko, eiusdem
ordinis in Prussia prouisor, nec non totus
eiusdē domus Cōuentus vniuersis Chri-
sti fidelibus, hanc propaginam inspectu-
ris, Salutem in vero salutari. Quanto
plura quantoq; maiora Culmeñ: terræ,
ac præcipuæ Ciuitatum nostrarum inco-
læ Culmeñ: scilicet & Thorunieñ: tum

cum

cum Christianitatis defensione, tum pro
domus nostræ promotione discrimina
sustinebant, tanto ardentius atque effica-
cius in omnibus, quibus cum Iustitia
possimus eis adesse volumus & debe-
mus. Hinc est quod eisdem ciuitatibus
hanc perpetualiter libertatem, ut earum
ciues eligant sibi, in ijsdem Ciuitatibus
singulos Iudices annuatim, qui domui
nostræ & cōmunitati competant earun-
dem, eisdem iudicibus cessimus perpe-
tualiter de parte tertia multarum Iudici-
alium, pro culpis maioribus pensatarum,
poenam minorum excessuum, quæ quo-
tidiana dicitur, videlicet xij. nummos, &
infra eis totaliter concedēdo, Ita ut quic-
quid de talibus Iudex infra tribunal in-
dulserit, de quatuor solidis videlicet, &
infra, id etiam ex parte domus nostræ sit
indultum. Veruntamen de maioribus

culpis,

A 3

culpis, vt sunt homicidia, sanguinis effusio & his similia, Iudex absque fratrū nostrorum assensu nihil remittat, Nos etiā partes illas, quæ nos cōtigerint, in eisdem iudicijs vendere, vel infeudare cuiquam non debemus. Igitur Ciuitati Culmeñ : dedimus ad prata, pascua, & alios vſus cōmunes, à terminis cuiusdam villæ quę Vſt appellatur, per descensum Viſlæ, vſque ad terminos cuiusdam Lacus qui dicitur Rensehe, & de ipso lacu ascendo do vſque ad villam quæ Rude vocatur, & iuxta terminos eiusdem villæ, vſq; ad ad aliam villam Lunavv dictam, & sic directè ad viam, quæ ducit ad insulam S. Mariæ , per viam vero directè, vſque ad terminos cuiusdā villæ, q̄ Grobene dicitur, & sic ulterius ad vallē q̄ Vronoina nuncupatur. Nec hoc tacendū est, quod liberum erit piscari ſepedictis Ciuibus in
prædicto

prædicto lacu qui dicitur Rensehe, sicut
& nobis. Præterea supradicta bona, tam
in syluis, quā in pratis et agris, cum om-
ni vtilitate, quam domus nostra percipe-
re posset exinde, dicti ciues in perpetuū
liberè possidebunt. Flumē vero Viflam
à villa quadam quę dicitur Topulna, per
descensum, vsque ad lacum quæ Rense-
he vocatur, cum omni vtilitate, exceptis
insulis & castoribus, ad communes vſus
piscandi, prædictis ciuibus & peregrinis
duximus assignandum. Ciuitati vero
Thoruneñ: idem flumen in longitudine
ac terminis Dñi Cuiavieñ: Episcopi ad
vnum milliare descendendo, & in terra
in latitudine circa Viflam circunquaque
per dimidium milliare, cum omni vtili-
tate, exceptis insulis & castoribus, ad cō-
munes vſus ciuiū & peregrinorū duxi-
mus assignandum. Statuimus autem in
eisdem

eisdem Ciuitatibus Iura Magdeburgen: in omnibus sententijs in perpetuum obseruari, hoc iudicto, ut cuin Reus aliquis Magdeburgen: in sexaginta solidis puniri debeat, hic in triginta solidis Culmen: monetæ multetur. Eodem modo in culpis alijs proportionaliter obseruando, si vero aliquis dubietatis scrupulus, de iure iudicario, vel de Iuris iudicarij sententijs ciuitatibus emerserit, In eisdem idem articulus à Culmensis Ciuitatis Consulibus requiratur, Quia eandem ciuitatem Capitalem esse volumus, ac digniorem inter alias iam cōstructas, Et si quæ infra Vislam Ozzam, & Drivvāzam conseruentur. Dicti vero Ciues & feudales earūdem ciuitatum de cōmuni consensu cesserunt de Iure, quod in Vissa super Nauigio hactenus habuerunt, Ipsum cū omni vtilitate domui nostræ libere

libere resignando; Hac tamen conditio-
ne præmisla quod nos dictum Nauigiū
pro summa quāta volumus & possumus,
locare, seu vendere debeamus, homini-
bus quibus voluerimus, qui in ciuitatibus
Culmeñ: videlicet & Thorunieñ: resi-
dentes Iustitiam exhibeant vnicuiq;, &
accipiāt coram Ciuitatum Iudicibus ea-
rundem, & nauium vsque ad præsens cō-
suetum debeamus absque augmento ali-
quo deinceps obseruare. Hyemali vero
tempore cum fuerit glacies, fratres de cō-
filio Iudicum & consulum earundem ci-
uitatum, naulum statuant, vt eorum di-
scretioni videbitur expedire. Statuimus
etiam vt omnes clerici & viri religiosi,
de quacunque religione extiterint, absq;
omni naulo perpetualiter cum rebus eo-
rum, quas secum habuerint traducantur.
Quod si quis ex duxoribus nauium ex

B prædictis

prædictis aliquem traducere ausu temera-
rio contradixerit, leuiori culpæ subiace-
at, quali scilicet quatuor solidorum pœ-
na consueuit ascribi. Promisimus etiam
ut in eisdem Ciuitatibus, nullas domos
emere debeamus, Si vero aliquis domū
aut aream suam, domui nostræ cōtulerit,
intuitu pietatis, eam ad alios vſus costru-
ere nō debeamus, nisi ad quos aliquis ex
ciuibus construit domum suam, & eandē
exinde iura & confuetudines obseruari,
quæ & quas alij de suis domibus obser-
uabunt. In his tamen Cōditionibus mu-
nitiones nostras, quas in eisdem ciuita-
tibus iam habemus, volumus non inclu-
di. Parochiam in Culmeñ: dotauiimus
quatuor mansis, iuxta Ciuitatem, & alijs
quadraginta, vbi eisdem fuerint demon-
strati. Parochiam vero Thoruneñ dota-
uimus quatuor mansis, iuxta Ciuitatem,
alijs

& alijs quadraginta, vbi ei fuerint assig-
nati. Et in eisdem Ecclesijs Ius patrona-
tus nostrę domui retinemus, eis in pleba-
nis idoneis prouisuri. Ceterum si aliquæ
Parochiæ in villis supradictorum Ciuiū
fabricatæ fuerint, si tum villarum singu-
læ earundem octuaginta mansos vel am-
plius habuerint, promisimus parochia-
rum qualibet prædictarum quatuor man-
sos de nostra speciali parte notare, Et ius
patronatus habebimus perpetuo indota-
tis, eis etiam in idoneis sacerdotibus pro-
uisuri. Ad hæc statuimus, vt si qua forte
quæstio cōtra aliquem, de bonis suis orta
fuerit, si possessor vicinos, ac alios con-
terraneos suos, quibus notum fuerit, rem
raliter se habere, & testimoniuū iustæ pos-
sessionis habuerit, potius debeat obtine-
re bona illa, quam is qui eum impetrat, ab
ipso eadem bona alienet: Absoluimus

B 2 autem

autem prædictos ciues ab omnibus col-
lectis iniustis, & hospitationibus coacti-
uis, alijsq; exactionibus indebitis, ad om-
nia bona eis attinentia, hanc gratiam ex-
tendentes. Porro eisdem ciuibus nostris,
vendidimus bona sua, quæ à domo no-
stra habere noscuntur, ad hæreditatem
flamingicalem, i pfis & eorū heredibus,
vtriusque sexus, ea cum omnibus prouē-
tibus, in perpetuum libere possidenda,
saluis tamē his quæ domui nostræ per to-
tam terram duximus retinenda. Retine-
mus enim domui nostrę in bonis eorum,
omnes lacus, castores, venas salis, auri,
argentiq; fodinas, & omne genus metal-
li, præter ferrum, Ita vt tamen inuentor
auri, siue is, in cuius bonis inuentum fue-
rit, idem Ius habeat, Quod in terra Ducis
Slesiæ, in huiusmodi, talibus est conces-
sum. Inuentor autem argenti siue is in cu-
m ius agris

ius agris inuentum fuerit, Ius Fribergeñ: in huiusmodi inuentione perpetualiter obtinebit. Quod si lacus aliquis ad tres tractus sufficiens agris alicuius prædictorum Ciuium adiunctus fuerit, si is cuius agri sunt, eundem lacum loco agrorum acceptare voluerit, in sua ponimus optio-ne. Si vero maior fuit, quocunque instrumēto in eo piscari voluerit, ad com-modum duntaxat mensæ suæ, preter rete quod nevvod dicitur, habeat liberam fa-cultatem. Item si riuus aliquis, agros ali-cuius ciuis attigerit, ei cuius agri fuerint, solūmodo molendinum edificare liceat in eodem, Si vero idem fluuius aptus fu-erit pluribus molendinis, domus nostra in construendis eisdem, alijs tertia parte priorum sumptuum faciat, & percipiat perpetualiter tertiam partem vsum de constructis. Volumus etiam vt de qua-

libet fera, quam ipsi, vel eorum homines
ceperint, exceptis vrsis, porcis, & capre-
olis, armum dextrum domui nostrae red-
dere teneantur. Sane quod de Lacubus,
molendinis seu feris posuimus, ad illos
duntaxat ciues extendimus, qui à domo
nostra, sicut supradictum est, hereditati
esse noscuntur. Ipsi & hanc contulimus
libertatem, ut bona sua quæ à domo no-
stra possident vendendi talibus sane qui
terræ ac domui nostræ bene competant,
habeant facultatem, ita vt hi qui ea emie-
rint, de manu fratum suscipiant, & do-
mui nostræ ad idem Ius, idemq; seruitiū
teneantur, quod illi nobis exemplum fa-
cere debuerunt, & nos ea ipsis porrigere
sine vlla difficultate debemus. Licentia-
mus etiam si forte aliquis antedictorum
ciuiū necessitatis causa, allodium suum,
vel x. mansos ad maius, ab alijs bonis
suis separare voluerit & vendere separa-
tim,

tim, is idem ius idemq; seruitium domui
nostræ debebit facere de reliquo quod
prius de toto noscitur debuisse. Is vero
qui idem allodium vel x. mansos emerit
debet ratione eiusdem allodij, cum arma-
tura, quæ plata vulgariter dicitur, & alijs
leuibus armis & uno equo, ad arma talia
competente, domui nostræ ad tale obse-
quium esse astriclus, quale inferius pleni-
us describetur, addētes ut nullus eorum
qui nunc à domo nostra hereditati esse
noscūtur, hereditatē aliquam possit eme-
re præter vnam. Statuimus siquidem, ut
quicunque xl. mansos vel amplius à do-
mo nostra emerit, is cum plenis armis &
dextrario operto, & armis talibus com-
petente, & alijs duabus ad minus equi-
taturus. Qui vero pauciores mansos ha-
buerit, cū planis & alijs leuioribus armis,
& uno equo, ad arma talia competente,
debet cū fratribus nostris in expeditonē,
quoties

quoties ab eis requisitus fuerit, pergere,
contra Pruthenos, qui Pomezani largo
vocabulo nuncupantur, & cōtra omnes
terræ Culmensis turbatores. Cum vero
præfati Pomezani in terra Culmēsi præ-
stante Dño fuerint vltierius merito non
timendi, omnes ciues prædicti ab omnib.
expeditionibus erunt exempti, ad defen-
sionem tamen terræ videlicet, usque ad
Viſlam Ozzam, & Drivvanzam cum
fratribus procedere tenebuntur, vt præ-
dictum est, contra terre quæ oslibet inuaso-
res. Item statuimus, vt quilibet homo
hereditatem à domo nostra habens, fra-
tribus nostris soluat exinde vnum num-
mum Colonensem, vel pro eo quinque
Culmenses, & pondus duarum marca-
rum ceræ, in recognitionem dominij, &
in signum, quod eadem bona sua habet
à domo nostra, & nostræ debeat iurisdi-

ctioni
deinceps.

ctioni subesse , & nos cum fauorabiliter
confouendo, contra eos qui sibi iniuriam
intulerint, debemus, in quantum possu-
mus, nostrum præsidium impartiri. Præ-
dictum autem censum singulis annis in
die beati Martini, vel ab ipso ad xv. dies
dare debet. Quicunq; autem in predicto
termino non dederit censum suum, tali-
ter puniatur, post primos xv. dies in x.
solidis, Elapsis vero alijs xv. nisi persol-
uerit, x. solidoru debito sit astrictus. Item
euolutis alijs xv. diebus tertio in alijs x.
solidis, si non soluerit censum suum, pu-
niatur, Et tunc pro his xxx. solidis &
pro censu suo tempore non soluto , eius
pignora, sine omni contradictione accipi
faciet, & habebit accepta, donec ei satis-
faciat domus nostra. Item si forte aliquis
debitum obsequium suum, quod domui
nostræ debere dignoscitur in expeditio-

C nibus

nibus peragendis non impenderit & ab-
sens fuerit, Prouisor terræ de bonis ab-
sentis alium statuat loco sui, sic ut domus
nostra sui iuris in hac parte sentiat nulla-
tenus detrimentum. Item statuimus ut si
forte aliquis ex supradictis Ciuibus rece-
dens à terra pactiones suas domui nostræ
non fuerit prosecutus, eidem infra xvij.
septimanas tres termini cum sententia
præfigantur, Quod si infra easdem xvij.
septimanas non satisfecerit, penæ xxx.
solidorum nostræ domui reddendorum
subiacebit, Et si nec tunc emendauerit,
singulis sex septimanis ad satisfactionem
in totidem Culmensis monetæ solidis
cōpellatur, Si vero infra annum negle-
xerit emendare, domus nostra se de om-
nibus bonis suis donec satisfaciat, ei de
omnibus intromittat. Volumus autem
ut de bonis prædictorū Ciuium, de quo-
libet

audiri

libet aratro theutonicali, vnus modius
tritici, & vnus filignis in mensura VVla-
dislauieñ, q̄ vulgari nomine Schessel di-
citur, cui mensura Culmensis est adæ-
quata, Et de Polonicali aratro, quod
Hase dicitur, vnus modius tritici, in eadē
mēsura annuatim diocesis Episcopo pro
decimis persoluatur. Si vero idem Epi-
scopus prædictos homines pro alijs deci-
mis angariauerit, pro hijs domus nostra
tenebitur respondere. Item statuimus vt
vna moneta Culmensis videlicet sit per
totam terrā, et vt de puro et mundo argē-
to denarij fabricētur, Ipsī quoque denarij
in tanto valore perpetualiter perseuerent,
vt eorum Lx. solidi ponderent vnam
marcam, Et dicta moneta, nō nisi semel
in singulis decennijs renouetur, & quoti-
es renouata fuerit 12. noui nummi pro
14. veteribus cambiantur, vt vnuſquisq;

libere emat quamcumq; reim, quæ venali
is in foro portari consueuit. Item quan-
titatem mālorum iuxta morem flammi-
gicalem statuimus obseruari. Absolui-
mus etiam totam terram prædictam, ab
omni penitus telonei exactione. Etne
præmissæ Constitutiones, promissiones,
ac pactiones ab aliquo successorum no-
strorum infringi valeant aut mutari, præ-
sentem paginam conscribi fecimus, eam
bullarū nostrarum appensionibus robo-
rando. Huius rei testes sunt fratres nostri
Pappo de Osterna, Albertus de Langé-
berch, Theodoricus Marschalcus, Ber-
levvinus in Culmeñ, Ludovvicus in
Quidzí prouisores, Seculares vero Bur-
chardus Burggrabijs Megdebergensis,
Ioannes de Pach, Fridericus de Scher-
vvest, Bernhardus de Kamenz, & alij
quamplures tam religiosi quā seculares.

Acta

Acta sunt hæc in Thorun Anno incarnationis Dominicæ, Millesimo Ducentesimo trigesimo tertio, Quinto Calend: Ianuarij. Quoniam igitur hoc Priuilegiū per nos fratrem Eberhardum de Seyne est renouatum, de consilio fratrū nostorum, ciuiumq; sepedictorum consensu, quædam in eo sunt mutata, articulis scilicet quibusdam exceptis, & quibusdam interpositis, qui in Priuilegio nō continebantur antiquo. Vt autē hæc nostra felix donatio firma & inconcussa permaneat, nec in posterum ab aliquo possit infrigi. Ciues quoque dicti super hac sui mutatiōne Priuilegij nullum penitus grauamen sustineāt, præsentem paginā sigilli nostri munimine roboramus. Huius rei testes sunt fratres nostri, Ludovvicus prouisor Prussiæ, Henricus commendator terræ Culmēsis, Henricus Marschalcus, Hen-

ricus Stango in Christeburch, Harthimū
dus in Elbingo, Mégotus in Balga, Eu-
halo in Zantir, Ioánes in Culmine, Ra-
uino in Thorun, Hertvvcicus in Redino
cōmendatore, fratresq; domus seniores,
Theodoricus de Sulinge, **Conradus de**
Norenberch, **Volpertus de Marpurg**,
Henricus de Moguntia. Seculares vero
Ioánes Scultetus, Renico Razo, Rudol-
phus Ludiko, Eckehardus VVafmo-
dus Ciues Culmēses. Feudales vero Hil-
debrandus senior, Gotfridus Fridericus
de Neuer, **VVilhelmus**, Hermannus
Schultetus in Thoruñ, Dithardus, Con-
radus, Lampertus Iutfridus, & alij quam-
plures, tam religiosi quam seculares.

Datum in Culmine Anno incarna-
tionis Domini, Millesimo, Ducéte-
simo, Quinquagesimo Primo,
Calendis Octobris. &c.

PRIVI-

PRIVILEGI- VM TERRARVM PRVS-

siæ, à D. Casimiro Poloniæ Rege,

carum incolis, cum excusso Cruciferorum iugo, in sua
essent potestate, & spontaneam ditionem feci-
tenti, concessum.

IN Nomine Domini Amen. Ad per-
petuam rei memoriam, Nos Casimi-
rus DEI gratia Rex Poloniæ, nec non
Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanci-
ciæ, Cuiauiæ, Magnus Dux Lithuaniæ,
Russiæ, Prussiæq; Culmeñ, Konigsber-
geñ, Elbingeñ, & Pomeranię Terrarum
Dominus & Hæres: Benignitas Regalis
excellentiæ nostræ, quam illi propicia in-
spirat diuinitas, & naturalis originalisq;
præstat instinctus, Et si vniuersos iustum
præsidium nostrum & tutelam expeten-
tes, in sinum miserationis & protectionis
fuscipit, ad illorum tamen profectus, de-
fensionem

fensionem & cōmoda inclinatur vberi-
us, qui erga nos et Regnum nostrum tam
feruido cordis ferūtur affectu, vt calamiti-
tates oppressionesq; suas hactenus illis
regentium tyrannide multifarie illatas,
Non per alterius nisi per nostram dextrā
credant facilius rescindi, nec cuiuspiam
throno quam nostro, à quo priscis tēpo-
ribus illicita alienatiōe exciderāt, iustius
posse et regi & cōtineri, non tam superbo
& auaro, quam iniusto renunciando im-
perio, talium siquidem firma constantia,
fidesq; sincera non solum dignis laudum
præconijs attolli, verum etiam Regalium
meretur & debet beneficijs compensari.
Significamus itaque vniuersis tam præ-
sentib; quam futuris, qualiter & si Pre-
latorum spiritualium & seculariū, Mag-
nificorum, Strenuorum, Nobilium, Mi-
litarium & prudentium videlicet terri-
genarum

genarum ciuium & vniuersæ cōmunitatis terrarum Prussiæ, Culmeñ, Königspurgeñ, Elbingeñ, & Pomeraniæ, crebris precibus & legationibus superiorib. tēporibus fuissēmus rogati, quatenus ipsos in eorum Iuribus, libertatibus, immunitatibus & Priuilegijs: Et signanter in vnione & liga, per ipsos ritè et sincere inita & condita, Per Magistrumq; & Ordinem Prussiæ admissa, ad cuius eneruationem & violationem Magister & Ordo varijs vijs coloribus & violētijs hactenus usus est, In quorū firmitate vel collapsu fœdus pacis perpetuæ, cum Magistro & Ordine Cruciferorum Sanctæ Mariæ de Prussia, per germanū nostrum diuæ memoriæ Serenissimum Principem Domnum VVladislaum Poloniæ & Hungariæ Regem firmatum, subsistētia dependet vel ruina. Et quod Prefatus Magister

D & Ordo

& Ordo liga & vnione demolita dirumpere, nouaq; bella nobis et Regno nostro inferre destinabant. Ipsosq; militares & ciues iniusta secum gerere bella impellebant, manutenere & defensare dignarremur: Afferētes se iugum oppressionū, calamitatum & grauaminum hactenus à Magistro & Ordine, ceruicibus eorum violenta tyrannide innexum, & prefatæ vnionis & ligæ rupturam nullatenus, nisi prouisio nostra, qui Ordinis illius fundator, dotator & Patronus sumus, celeriter interuenerit, tolleraturos. Nos tamē nullum eorum calamitati præstandum censuimus suffragium, Sed parti vtrique reconciliationi persuasimus esse insistendum, ne alere oriens incendium videmerur. Verum cum temporis processu differentia partium adeo crescendo inualeceret, Ut Prælati Spirituales, & seculares mi-

res militares terrigenæ & ciues terrarum
prædictarum, spe extrema destituti, & in-
iuriarū magnitudine pressi, violentis do-
minis, Iura & Priuilegia, atque immuni-
tates eorum pro libitu frāgentibus, nul-
latenus sibi de cetero parendū duxerunt,
sed legib. diuinis & humanis innixi, quæ
iniustis dominis scelus & nephias agenti-
bus, nullatenus parendum decernunt:
Obedientia et subiectione Magistro Or-
dini subtracta, Nos per Magnificos &
Spectabiles milites, Prudentesque viros
Ioannem de Baysen, Augustinum de
Schevve, Gabriele de Baysen, Nicola-
um de VVolkavv Iudicē Dirschouieñ,
Laurentium Czeitz Culmeñ, Rutcherū
de Birken Thoruneñ, Laurentium Pil-
grim Elbingeñ Proconsules, Ioannem
Brunsperieñ, Gregoriū schvvach, Cro-
lovvgrodeñ, Nicolaum Rodman de

D 2 Knypovv,

Knypovv, VVilhelnum Iordan milē,
& Ioannem Meidburg Gedaneñ Con-
sules, ambasiatores & nuncios suos cum
pleno mādato & legatione ad nos trans-
missos, nouis precibus & legationib. sol-
licitarent. Quatenus non iam tantum eo-
rum defensioni quantum gubernationi
et regimini insistere, deditioñemq; eorū,
subiectionem, fidelitatem & perpetuam
obedientiam, quam nobis suo & omniū
Prælatorum Spiritualium, & secularium
militarium, terrigenarum, ciuium & in-
colarum vniuersitatis totius Terrarum
prædictarum nominibus obtulerunt, su-
scipere, velut legitimus iustus & verus
dominus & Hæres terrarum prædictarū,
ac terras præfatas ad naturam & sorteim
suam redeuntes, Regno Poloniæ à cuius
corpore, noua ac recenti memoria, con-
tra Ius phasq; sequestratæ fuerant, Incor-
porare,

porare, inuiscerare, reunire, appropriare atque consociare & cōsolidare dignarē, alterius principatum & deditiōnem!, si regimen & imperium, non tam pereos nobis delatum quam redditū abijci contingēt, quēsītū. Nos superiora cogitatione & animo reuolueñ tempora, quibus nonnullæ ex terris prædictis per Reges & Principes Poloniæ, iure legitimo & hæreditario possēssæ, tandem predecessori nostro VVladislao Regi Poloniæ bello cum finitimis et infidelibus occupato, vi & armis per Magistrū & Ordinem Prussiæ abstractæ, nunquam iuris & proprietatis Regni nostri Polonię esse desierant. Quemadmodum aliquot Sedis apostolicæ delegatorū, Terras ipsas Regno Poloniæ adiudicantium diffinitiuæ sententię infallibili concludunt argumento: Reuolueñ insuper Magistrum et

D 3 Ord-

Ordinem Prussiæ, à predecessorib. quō-
dam nostris Poloniæ Principibus & do-
minis ad impugnationem infidelium ac-
ceratum, institutum & dotatum magis,
fidelium & presertim eorum Principum,
quorum beneficio instituti, dotatiq; erāt,
quam barbarorum & infidelium impug-
nationi, contra quos se indefessè milita-
turos patentibus literis astrinxerāt, vaca-
uisse, terrasq; eorum usurpasse, Nec iux-
ta professionem religionis suæ contra in-
fideles Tartaros aut Turcos, Catholica
Regna & dominia infestantes, Quamuis
eorum crebro expetitum fuisset auxiliū,
militasse: Sed & insuper Reges Poloniæ
cum Tartaris alijsq; infidelibus bella ge-
rentes à tergo inuasos à gerendo bello in
præsens & in posterum cum infidelibus
auertisse, & suspicionem belli ab illis im-
minentis veritos, potentijs distractis &
contra

cōtra illorum insidias relictis, vacare infidelium impugnatiōni nullatenus, sicut expediebat Christianæ fidei, potuisse. Quam insuper fragili & fluxa fide erga clarissimum genitorē nostrum dominū VVladislaum Poloniæ Regem fuerint, quater per ipsos rupta violataq; fœdera, totiesq; Regno Poloniæ per eos illata arma, Quibus Regnum Poloniæ in suam redigere ditionem destinauerant, Nisi cladibus multiplicibus obruti domitiique fuissent: Nec vñquam illis voluntatem Nos et Regnum Poloniæ laceſſendi, ſed facultatē defuiffe: Petita per illos à Concilio Basilieñ, Et ſede apostolica, de rumpendo fœdere, vltimo cum Regno noſtro ſancito, licētia demonstrant. Silen-
tio tegere non possumus iniuriam Magiſtri & Ordinis Pruſſiæ in exigenda à Mercatoribus ſubditisque noſtris Dacia

Pſundiſſol/

PfundtZoll/ quæ licet ex fœdere exigi à nostris transmarinisq; mercatoribus non debebat, si Prussiæ mercatores ab illa solui quoquomodo contigisset: Cōtinuata tamen fuit pluribus annis huiusmodi in nostris transmarinisque mercatoribus exactio, Prussiæ mercatoribus illius obtinentibus in notabili parte relaxationem. Portiones & sortes terrarum Regni nostri Poloniæ & Ducatus Lithuaniae, pri scis temporibus per magistrum & Ordinem occupatæ, nō solum Nobis Regno Poloniæ, & Ducatui magno Lithuaniae iuxta fœderis ordinationem Magister et Ordo Prussiæ restituit, Sed insuper plura & ampliora occupauit. Accedit tristis horrendeq; Tyrannidis memoria Ciuiū de Coszno, qui in præterito bello in fidē Patris nostri concesserant, sæua cædes & trucidatio, quorum à se defectionem nedum

dum ferro aut mucrone , sed nec aliquo
leui verbo aut memoria vlo vnquā tem-
pore se iuramento corporali & literis re-
promiserunt, per foedus vltimo cum illis
ictum, Et quod solo huiusmodi execran-
do scelere publicē violarūt, mulctaturos.
Quo non cōtentī Vitum Moszier ex eo
quod nauigij per flumē VVifla in Cra-
couiam merces deuexerat capitali dam-
nauerunt sententia , ne memorabilis sui
facti exemplū ceteros in sequelam simile
traheret, Sed potius sœua mulctatio quoſ-
libet deterrēdo profectum Regni nostri
aboleret. His itaque & pluribus alijs eui-
dentibus legitimisq; respectibus persuasi,
admoniti & inducti : communicato cum
Prælatis, Principibus, Baronibus, cæte-
risq; Regnum Ducatuū, & Domini-
orum nostrorum consilio, Ac de eorum
expressa voluntate, approbatione, gra-
E tificatione,

tificatione, & cōsensu, ne diuinæ volun-
tati, quæ hæreditatem nostram occupati-
one illicita soluendam nobisq; reddendam,
pia miseratione censuit, videamur
resistere, & calamitosis afflictisq; subdi-
tis nostris opem nostram implorantibus
deesse: Veritiq; ne dominia, sortes &
terras & hæreditates nostras alias illicitus
occupator Tyrānusq;, ex quo nobis ho-
stilitas maior consurgeret, inuadat: Ad
honorem omnipotentis Dei, eiusq; geni-
tricis Virginis Mariæ, S. Adalberti mar-
tiris, Sancti Stanislai prothomartiris Po-
loniæ ac totius Ierarchiæ cœlestis, præfa-
torum prælatorum Spiritualium, & secu-
larium militarium, ciuium, terrigenarū,
& omnium incolarum Terrarum Prus-
siæ, Culmēsis, Konigspergeñ Elbingeñ
& Pomeraniæ, in terra mariq; sitarum,
benevolam & spontaneam deditioñem,

regimen, tutelam gubernationem, sub-
iectionem, obedientiam, accepimus, af-
sumpsimusq; tenore præsentium, non per
errorem aut improuide, Sed de certa no-
stra sciētia & voluntate, In Dei nomine,
assumimus & acceptamus, Terrasq; &
Dominia prædicta Regno Poloniæ rein-
tegramus, reunimus, inuisceramus & in-
corporamus, & ad vsum, participationē
omnium honorum, iurium & libertatū,
& prærogatiuarum, quibus Prælati, Ba-
rones & Nobiles Regni Poloniæ hacde-
nus potiti sunt, Et signāter ad futurorum
Regum Poloniæ, quotiescunque super
electione & coronatione illorū fieri de-
liberationem contingat, electionē & co-
ronationem admittimus, anneximus &
includimus: Promittentes pro nobis hæ-
redibus & successoribus nostris, ac vni-
uerso Regno Poloniæ, quod prædictas

E 2 terras

Terras & Dominia, atq; prælatos Spirituales et Seculares, Barones, milites, Nobiles, Ciues, oppidanos, & cuiuscunque conditionis, status & præminentiae homines existant, hactenus in illis commorantes & in posterum commoraturos, fauore, gratia, benevolentia et affectione Regali prosequemur, & cōtra quas cunq; aduersitates, impugnationes quorūcunq; hominum illis præstabimus, velut fidelibus & subditis nostris Regalem assistētiā & defensam: Nec illos aut terras prædictas, à corpore et integritate Regni nostri Poloniæ alienari, sequestrari, scindi patiemur. Promittentes insuper pro nobis Hæredibus & successoribus nostris, quod prefatos Prælatos Spirituales et seculares, ac sacras ædes & Ecclesias, Barones, Nobiles & Ciues, atque singulos incolas terrarum nostrarum prædictarū

Prussiæ,

Prussiæ, in Iuribus, libertatibus, literis,
Priuilegijs, monumentis eorum, quæ à
Principibus Spiritualibus & secularibus
Regibus & Dominis terrarum predicta-
rum obtinent, cōseruabimus, fouebimus,
defendemus, Nec vñquam ea violabi-
mus aut præuaricabimur, aut violari vel
præuaricari quomodo libet permittemus.
Si autē alicui Ciuitati vel priuatæ perso-
næ, Priuilegium amissum fuerit, aliud de
cōsilio Cōfiliariorum terrarum illarum
gratiosoē dabimus & largiemur, dummo-
do in hæreditatis & bonorum suorum,
quorum à nobis petetur literalis innoua-
tio, petens fuerit in pacifica continua, &
præscriptionem habente possessione. Ut
autem nostræ liberalitatis, æquitatis & iu-
stitiæ dextram his subiectionis eorum &
nostræ acceptationis, felicibus dante do-
mino primitijs, sentiant, in vniuersos &

E 3 quemli-

quemlibet eorum effusam & in mutatio-
ne Principum cōmutatam etiam & sub-
lata m̄ deprehendant oppressionem, Da-
ciām quæ in vulgari Pfundi Zoll dicitur :
Item omnia alia telonia in aquis & terra,
noua aut antiqua obseruantia, in terris
dumtaxat prædictis Prussiæ quomodoli-
bet constituta : Item in terra Pomeraniæ
exactionem siue Datiam quæ porcus ali-
as Narzaß/ veteri institutione Ducum Po-
loniæ vocabatur, Regia munificētia tol-
limus, abrogamus, deponimus, ac solu-
tionem illarum perpetuis temporibus re-
soluimus, dimittimus et relaxamus, Nul-
lo vnquam tempore per nos aut succe-
sores nostros Poloniæ Reges, ex qua cūq;
causa aut occasione instituēdam, aut im-
ponendam. Item licet Magister et Ordo
tempore occupationis terrarū prædictarū
omnia bona & merces quarumcūq; ma-

nerierum

nerierum, diuina permissione naufragiū
in mari passorum, velut propria ex nau-
fragio quasi iuris sui facta occupabant.
Nos tamen qui Rex Catholicus sumus,
& sortem huiusmodi naturali & diuino
iure sedisq; apostolicæ decreto damnatā,
velut crudelem & iniustum execramur,
Pollicemur quod res & bona cuiuscunq;
ponderis aut valoris existant earum per-
sonarum, quæ maris naufragio periclitata-
buntur, nunquā per Nos aut Officiales
nostros, velut nostras aut iuris nostri pe-
temus aut requiremus, Sed illas absq; di-
minutione per eos quorū ante naufragiū
fuerunt, aut eorū propinquiores, demon-
stratione euidenti propinquitatem pro-
bantes, colligendas, & in usus benepla-
citos decernimus cōuertendas: Contra-
riæ consuetudini aut iuri, vel potius cor-
ruptelæ, pro nobis & successorib. nostris
renunci-

quemlibet eorum effusam & in mutatio-
ne Principum cōmutata m etiam & sub-
lata m deprehendant oppressionem, Da-
ciām quæ in vulgari p̄fundiōnē dicitur :
Item omnia alia telonia in aquis & terra,
noua aut antiqua obseruantia, in terris
dumtaxat prædictis Prussiæ quomodoli-
bet constituta : Item in terra Pomeraniæ
exactionem siue Datiam quæ porcus ali-
as Narzaß/ veteri institutione Ducum Po-
loniæ vocabatur, Regia munificētia tol-
limus, abrogamus, deponimus, ac solu-
tionem illarum perpetuis temporibus re-
soluimus, dimittimus et relaxamus, Nul-
lo vñquam tempore per nos aut succe-
sores nostros Poloniæ Reges, ex qua cūq;
causa aut occasione instituēdam, aut im-
ponendam. Item licet Magister et Ordo
tempore occupationis terrarū prædictarū
omnia bona & merces quarumcūq; ma-
nerierum

nerierum, diuina permissione naufragiū
in mari passorum, velut propria ex nau-
fragio quasi iuris sui facta occupabant.
Nos tamen qui Rex Catholicus sumus,
& sortem huiusmodi naturali & diuino
iure sedisq; apostolicæ decreto damnatā,
velut crudelem & iniustum execramur,
Pollicemur quod res & bona cuiuscunq;
ponderis aut valoris existant earum per-
sonarum, quæ maris naufragio periclitata-
buntur, nunquā per Nos aut Officiales
nostros, velut nostras aut iuris nostri pe-
temus aut requiremus, Sed illas absq; di-
minutione per eos quorū ante naufragiū
fuerunt, aut eorū propinquiores, demon-
stratione evidenti propinquitatem pro-
bantes, colligendas, & in usus benepla-
citos decernimus cōuertendas: Contra-
riæ consuetudini aut iuri, vel potius cor-
ruptelæ, pro nobis & successorib. nostris
renunci-

renunciando, **N**isi forte nullus bonorum
huiusmodi extaret iustus H̄eres et succe-
sor. **Q**uoniā in casu illo bona ex naufra-
gio habita, nostrę volumus potestati sub
iacere. Item omnes Prælatos, militares,
nobiles, ciues & incolas terrarum prædi-
tarum, in ius, conditionem & proprie-
tatem Regni Poloniæ translatos & inui-
sceratos, hac etiam prosequemur præro-
gatiua, **Q**uod dignitates & officia hacte-
nus illic consistentia, et in posterum con-
stituenda. Item Castra & tenutas ciuita-
tum & locorum in terris prædictis, nulli
extraneo aut forensi, sed proprio indige-
næ iuxta obseruātiām aliarum terrarum
Regni nostri conferemus. Item omnes
cauissas notabiles dictas terras concerneñ
cum cōmuni consiliariorum spiritualium
& secularium, nobilium & ciuitatū ma-
iorum consilio terrarum prædictarum
termina-

terminabimus, tractabimus, & diffinie-
mus. Item terras prædictas sub nostro re-
gimine et Regni Poloniæ corpore cónsi-
stentes, In suis antiquis gadibus, limitib.
& terminis conseruabimus, tuebimur &
defendemus, Nec terminos et gades ter-
rarum ipsarum in aliquo diminui vel
periclitari, velut Regni nostri partes indi-
uiduas, vllatenus patiemur. Item cum
Terræ ipsæ & homines ipsas incolentes
varijs hactenus legibus siue Iuribus, vide-
licet Magdeburgeñ, Et Culmen, Poloni-
cali hæreditario et Pruthenico, in decidē-
dis quibusuis eorum quæstionibus et ad-
ministratione iustitiæ vte bātur, quod etiā
illis sub nostro Prícipatu & regimine vo-
lumus firmū esse & perhenne: Ea licētia
attributa, vt lieeat cuicumq; de vno iure
in aliud, sine tamen aliorū prējudicio, quo
voluerit transmigare. Item cum monetæ

F iustum

iustum & fidelē ligam pondusq; habētis
cūsio terram quālibet nobilitet & fēcun-
det: Volumus vt in quatuor locis terrarū
prēdictarū, videlicet in Thoruñ **Danzig**,
Elbing/Königsberg/ duntaxat gvverra præ-
senti durante, fidelis & iusta, imaginem
nostram & subscriptionem tituli nostri
continens, moneta cudatur, præfatorum
Prælatorum Spiritualium, & secularium
militarium, Ciuium, Terrigenarū Ter-
rarum prædictarum impēfis. Pace autem
dño suffragañ habita, tantum in Thoruñ
& in Gdantzk, sine præiudicio Priuilegiij
Thoruneñ Ciuitatis, Nostris Regalibus
impensis cudatur. Prouiso tamen quod
moneta ipsa in pondere, grano & liga
debita nullatenus minuatur. Item quia
nos pro benegerēdis rebus dominiorum
nostrorum in varia sæpe loca & à terris
prædictis distantia, necesse est facere de-
scensum,

scensum, Ne igitur per nostram absentiam
Terræ ipsæ aliquod possent contrahere
periculum vel periclitationem : Nobiles
viros pro illius tuitione & gubernatione,
de eorum legalitate fide & merito cōfisi,
ad nostræ duntaxat beneplacitum volū-
tatis, Ac cum consilio Prælatorum, con-
siliariorum, Ciuitatum maiorū, prædictæ
Terræ deputabimus, ad quos in nostri
absentia super quolibet defectu et euentu
habeatur recursus, Prouidētia, prouisione
& autoritate illorum supplēdus & emen-
dandus . Item mercatoribus Terrarum
prædictarum Prussiæ in Regnum Duca-
tus & dominia nostra venientib. hanc li-
bertatem & prærogatiuam de cetero vo-
lumus conseruari, vt quoties illos, in que-
cunque loca, Ciuitates & Oppida Regni
dominiorum nostrorū venire cum mer-
cibus eorum cuiuscunq; speciei vel ma-

nerieī existant, contigerit: licitum erit eis
huiusmodi merces in loca, testudines &
cameras & tecta, quorum illis libera pre-
stari debet arrendatio, deponere & pro
suo arbitrio exponere in venalitatē, Stra-
tasq; omnes versus Hungariam, Russiam,
Morauiam, Silesiam, Austriam, Saxoni-
am, VVallachiam, depositis tamen the-
lonijs, Et stratis antiquis ciuitatum Reg-
ni & Dominiorū nostrorum semper sal-
uis. Harum quib. Sigillum nostrum præ-
sentibus est appensum testimonio litera-
rum. Actum Cracouiæ feria quarta Ci-
nerum Anno Dñj Millesimo Quadrin-
gentesimo quinquagesimo quarto: Præ-
sentibus ibidem Reuerēdiss: in Christo
Patribus, & Magnificis Dominis Sbig-
neo Dei gratia tituli S. Priscæ presbitero
Cardinale & Episcopo Cracouieñ, Io-
anne eadem gratia Sanctæ Gnezneñ Ec-
clesiæ

clesiae Archiepiscopo & primate eiusdem:
Ioanne VVladisleuien, Andrea Posna-
nieñ, eadem gratia Episcopis, Ioanne de
Cziszovv Castellano & Capitaneo, Io-
anne de Tantzin Palatino Cracouieñ,
Luca de Gorka Poznanieñ, Ioanne de
Oleßnicza Sandomirieñ, Petro de Op-
porovv Lanczicieñ, Nicolao de Schar-
ley, Bresteñ Palatinis. Petro de Schama-
tuli Poznanieñ, Predborio de Konyetz-
pole Sandomirieñ, Castellanis. Petro
Schafffranyetz de Pyefskovva scala Cra-
couieñ, Michaele de Lassoty Lancicieñ
Succamerarijs, Et alijs quamplurib. ge-
nerofis & nobilibus fide dignis ad præ-
missa testibus: Datū per manus Magni-
ficorū Ioannis de Konietzpole Cácella-
rij, Et Petri de Sczekocziny Vice Cácel:
Regni Poloniæ sincere nobis dilectorū:
Relatio Magnifici Ioannis de Conyetz-
pole Regni Poloniæ Cancellarij.

RECIPROCA SPONSIO, QVAM IN D.

Casimiri Poloniæ Regis verba, Or-

dines Terrarum Prussicarum, pro temporum illorum con-
diuone, fecerunt.

INNomine Domini, Amen. Ad per-
petuam rei memoriam. Legum Diui-
narum humanarumq; saluberrimæ san-
ctiones, instituta, & decreta, quoslibet
feudales & subditos iugum subiectionis
& obedientiæ permittunt excutere, & in
sortem regimenq; iustorum dominorum
se cōferre, dum Rectorum & Principan-
tium temeritas, frenis laxatis licentiæ, per
quælibet deuia & abrupta graditur, &
manus non solum iniquas ad irrogandas
injurias, sed etiam ad effundendum san-
guinem innocentem cruēta immoderata
audacia porrigens, quasi apud Deum vl-
tionū omnis vindictæ ratio conquieuerit,
debachatur.

debachatur. Sed neq; ad culpam contumeliamq; iustus rerum æstimator retorqueat, sed potius ad prouidétiæ argumé-tum, si onere oppressionū subditi impulsi, opportuno iustoq; mutationis remedio, superbū, iniustum atque auarum abrogent imperium, & in ditionem potesta-temq; alterius transmigrent, conditione actionum & temporum facultatem illis subministrāte. Proinde nos Prælati, Ba-
rones, Militares, Nobiles, Ciues, oppi-dani & incolæ, Terrarum Prussiæ, Chel-meñ, Pomeraniæ, & Michalouieñ, status Ecclesiastici & Secularis, Significamus tenore præsentium vniuersis, tam præsen-tibus quam futuris. Qualiter etsi superio-ribus temporibus Protaui, aui, & genito-res nostri, & tādem nos, graues innume-rabilesq; à Magistro & Ordine Prussiæ pertulissemus oppressiones: dum nō so-

lum Ma-

lum Magister, sed & sui Cōmendatores,
in nos deseuiendo, plerosq; ex nobis nul-
lo iure seruato capitibus plecterent, alios
proscriberent, alios bonis temporalibus
mulctarent: & quod dictu quoque nefas
est, coniuges & filias nostratum stupris
& adulterijs violentis vitiarent, in quos-
dam ex nobis vt trucidaremur, vt venū-
daremur, caperemur, & depactaremur,
facultatem conferendo, totque cogeba-
mur recognoscere & profiteri dominos
superbè auarèq; nobis imperantes, quot
Terra Prussiæ gessit Commendatores,
cum vnusquisq; illorum plenam princi-
pandi & imperandi apud se cōsistere ar-
bitrabatur potestatem. **Qua** quidein in-
flati licentia, obliti professionis qua cōtra
infideles militare spopōderant, nulla of-
fensa aut iniuria prouocati, in Reges Prí-
cipesq; Poloniæ, quorum beneficio ac-
cessiti

cerfisi ad impugnationem infidelium do-
tatiq; & instituti fuerant, arma conuerte-
bant, foedere primum cum D. Casimiro,
deinde cum D. VVladislao Regib. Po-
loniæ per illos quater firmato, & totiens
violato, Regni Poloniæ Terras, nisi cla-
dibus domiti fuissent, decreuerant occu-
passe: cogentes nos ad gerendum secum
iniusta bella, licet nobiscum nunquā rem
integralm cōmunicati fuissent, cum illos
ad illa obeūda, alienos fines occupandi,
fomes aut liuor fastusque non iusta causa
vrgeret: in quibus clades, orbitates, fortu-
narumq; & rerum nostrarum periclitati-
ones illic exceptas tanto maiore amari-
tudine prosequimur, quanto constat no s
imperio præsidum nostrorū coactos, non
corporum solum & rerum, sed etiam ani-
marum nostrarum per iniustas acies sæ-
pius contraxisse discrimen, & capitibus

G nostris

nostris omne scelus iniusti belli expiasse.
Magistro & Ordine nostras clades ma-
gis ex arce spectanribus, quam releuan-
tibus. Verum cum tot mala nullo termi-
no aut spatio videremus finiri, atque no-
bis posterisq; nostris maiores calamita-
tes, orbitates, Magistro & Ordine Prus-
siæ, ad rumpendum cum Rege et Regno
Poloniæ fœdus percussum ultimo corpo-
rali interposito iuramēto, à quo se absol-
ui Concilij generalis Basilien & Summi
Pontificis autoritate multiplici instantia
expetebant, & bellum de novo gerendū
aspirante parare, ligam & vunionem, om-
nem iustitiam æquitatemq; redoleñ, non
quæ illis iustum potestate adimeret, sed
quæ iniusta illos bella suscipere, & in nos
absque iure, denudato vacuo uti mucro-
ne, nosque fortunis & rebus spoliare no-
stris prohiberet: iniunimus hanc, cum an-

et filii

nis

nis pluribus per nos, Magistri & Ordini
nis consensu, ac Imperialibus Priuilegijs
& confirmationibus desuper dotati ha-
buisemus in usu obseruañ & praxi, tan-
to ardore, cura, & sollicitudine, pro illi-
us perpetua abolitione certatim non cru-
buerunt insistere, vt nos velut ethnicos
hæreticosq; coram summo Pontifice af-
sererent, & deinde ad Imperiale traherēt
tribunal, non quò per abrogationem vi-
olationemque huiusmodi nostræ vniōnis
& ligæ aliquid cōmodi aut profectus ca-
pesserent: sed vt eò liberius, obstante illis
nemine, execrāda bella Regi & Regno
Poloniæ cæterisq; finitimis, nostris tandem
ceruicibus, vt səpè alias accidebat, expi-
anda mouerēt. Licet autē coram Tribu-
nali Cæsareo cōpareñ nulla nos arctaret
conditio vel potestas, cum Imperiali diti-
oni nunquam nos remur subiectos esse,

vt tamen nihil restaret, quo nostra argui
posset iustitia, & pura, quam in his ad pa-
cem recōciliationemq; cum Magistro &
Ordine gerebamus, intētio, accusati tri-
bunal huiusmodi accessimus, & anno
propè vno exacto, cum personarum no-
strarum amplissimo discrimine, in que-
relis propositionibusq; & replicationibus
versati, licet causam pluribus iustificatio-
nibus fundatam haberemus: Tantus ta-
men fauor Magistro & Ordini in pronū-
cianda Imperiali sententia habitus est, vt
liga & vnio nostra huiusmodi, pro qua
omne certamen fuit exortum, inhibitio-
ne Cēsarīs, per nos tanquam iure arbitrio
facta, reiecta cassaretur. Magistro nihilo-
minus & Ordine posthæc instantibus, vt
in sexingentis florenorum millibus Ma-
gistro & Ordini soluendis, & adeò Ma-
gistro & Ordini obnoxij fuisse, & fore
iuxta ac si precio empti essemus, noua

Cæsarea

Cæsarea sententia damnaremur: Vigore
cuius ad trecentorum ex nobis principa-
lium capitem trucidationem processu-
ros se, & vltionē quālibet in nobis velut
seruis empticijs & obnoxijs sumpturos,
terrore publico & clamore disponebant.
Quæ quidme Cæsarea sententia, & eius-
dem Magistri & Ordinis Prussiæ instan-
tia, vltro quoq; de nobis extēdenda adeo
nobis indigna, prout erat, visa est, vt non
viris modo sed fœminis, non Catholicis
sed Scytis fœdum ac intollerabile esset,
ad tantam obnoxietatem calamitatemq;
detrudi. Tot igitur & tantis pluribusque
alijs, quas, vt nostro consulamus honori,
silentij tegimus velamine, oppressioni-
bus, oneribus, grauaminibus, atq; iniurijs
lacecessiti, præsertim cum illas videremus
in infinitum trahi, & nouo genere cresce-
re & augeri: superbo, auaro, & iniusto

G 3 præfati

præfati Magistri et Ordinis dominio, au-
toritate & suffragio naturalis & humanæ
legum, renunciauiimus: omnem obediē-
tiam, fidem & subiectionem illis & cuili-
bet eorum subtrahēdo. Verum cum Re-
gem et Coronam Poloniæ præfati Ordi-
nis patronum, fundatorem, & dotatorem;
ac Terras prædictas, videlicet Prussiæ,
Culmeñ, Pomeraniæ, & Michalouieñ, à
corpore & proprietate Regni Poloniæ
præter iustitiā & æquitatē per vim & ar-
ma alienatas, constat extitisse, prisco no-
stro capiti & primeuo corpori, à quo ex-
cideramus, postquam iuris nostri esse ce-
pimus, illico nos reuniendo reintegralan-
dosq; cēsuimus: quo amplius liquere pos-
sit, renunciationem & subtractionē obe-
dientiæ Magistro & Ordini, excutientes
tyrannicum iugum & superbū auarūq;
præsidium, per nos factū, non solum ven-
dicationem,

ditionem libertatis, sed iustum Princi-
patum, Imperium, & solium quæsuisse.
In hunc itaque morem ad Serenissimum
Principē D. Casimirum Dei gratia Po-
loniæ Regem, Magnum Ducem Litua-
niæ, & hæredem Russiæ, & Coronā Po-
lonię, in quos iure diuino et humano pre-
fatarum Terrarum hæreditatem & om-
nimodam successionem comperimus
deuolutam, solennes nostros Nuncios,
videlicet, Magnificos, Nobiles, & pru-
dentes Dominos, Ioannem de Bayzen,
Augustinum de Schevve, milites: Ga-
brielem de Baizen, Nicolaū de VVol-
kovv Iudicem Derschouensem, Lau-
rentium Czeitz Culmeñ, Rudgerum
de Birkē Toruneñ, Laurentium Pilgrim
Elbingeñ Proconsules, Ioannem Kal
Brunsbergeñ, Georgium Svach Ko-
nigsbergeñ, Nicolaū Rodman de Knip-
hoff, Guilhelmiū Iordan militem, &
Ioannem

Ioannem Meydeburg Gedaneñ, Cōsu-
les, cum plena facultate transmisimus, ac
suæ Maiestati, & in suum regalē tronum,
solium, ditionem, & potestatem, terras
prædictas Prussiae, Culmeñ, Pomeraniæ,
& Michalouieñ, & quascunque alias an-
nexas in terra vel mari consisteñ, perso-
nas nostras, castra, fortalitia, ciuitates, op-
pida, villas, res & fortunas nostras, quæ
haçtenus in nostra potestate sunt, & in fu-
turum erunt, dedimus, & subiecimus, &
præsentibus voluntariè & spontaneè da-
mus perpetuo & subijcimus: Ipsumq; D.
Casimirum Regem Poloniæ, pro vnico
iusto & legitimo domino, & hærede su-
scipimus, recipimus, & acceptamus, ac
nos & terras prædictas, in ius, sortem, pro-
prietatem, & titulum coronæ Poloniæ re-
integramus, reunimus, incorporamus, &
inuisceramus: omnium Priuilegiorum,
libertatum,

libertatum, prærogatiuarum Regni Po-
loniæ vsum, & participationem: E sig-
nanter cōmunem, cum alijs regnicolis
futurorum Regum electionem & coro-
nationem habituri: ipsamq; deditioñem,
subiectionem, susceptionem, & obediē-
tiam, iterum atque iterum profitemur, &
innouamus: subijcieñ nos terrasq; predi-
ctas, in perpetuam præfatí D. Regis, &
suorum successorum, & Regni Poloniæ
ditionem, gubernationem, protectionē,
potestatem, fidem, imperium & regimē.
Promittētes pro nobis, hæredibus & suc-
cessoribus nostris, sub fide & honore ac-
onere per nos præstiti iuramenti, quod
præfato Illustrissimo Principi, D. Casi-
miro Poloniæ Regi, & eius successoribus
Regibus Poloniæ, velut fideles & subie-
cti, quēadmodum cæteri eiusdem Regni
incole, parebimus, auscultabimus, et obe-

H diemus,

diemus, fideliter & constanter, perpetuo
& in æuum, iuribus nostris semper saluis.
In ipsiusq; D. Regis, & suorum successo-
rum Poloniæ Regum ditione, potestate,
gubernatione, subiectione, imperio, &
regimine, ab hac hora & in perpetuum
perdurabimus & consistemus, nec ullo
tempore nos à corona Poloniæ, cuius su-
mus corpus indiuiduū, scindi, sequestra-
ri, aut alienari permittemus, aut consen-
tiemus. Promittentes præfato Dño Cas-
miro Regi, & suis successoribus Regibus
Poloniæ, in omnibus felicibus, aduersis,
& quibuscunque casibus, ope, præsidio,
consilio, & auxilio, fideliter, cōtra quos-
cunque eorum hostes, & aduersarios, &
quascunque personas Ecclesiasticas vel
seculares, quacunque prefulgeant digni-
tate, cōmunitates, vniuersitates, & signa-
ter cōtra Magistrum & Ordinem quon-
dam

dam Prussiæ, Almaniæ, & Liuoniæ, si
deliter, corpore, animo, & rebus, & cum
effectu assistere, & bonum, vtile, cōmo-
dum, honestū, eiusdem D. Casimiri Re-
gis, & suorum successorum Regum Po-
loniæ, iuxta vires & potentias nostras ex-
tremas, efficere, dirigere & procurare.
Nec vñquam quocunq; colore, arte, ne-
cessitate, casu, opportunitate, vel ingenio,
præfatum D. Casimirum Regem, & su-
os successores Reges & coronā Poloniæ
deserere, aut in præiudicium, læsionem;
aut offensam præsentis subiectionis, &
deditioñis nostræ, cum Magistro & Or-
dine olim Prussiæ, & Magistris Almaniæ
& Liuoniæ aliquos tractatus, reconcilia-
tiones, inscriptiones, amicitias, fœdera,
colloquia, vel sermones, absque eiusdem
D. Casimiri Regis Poloniæ speciali li-
centia vel consensu, inire per se vel qua-

LVI

H 2

cunque

diemus, fideliter & constanter, perpetuo
& in æuum, iuribus nostris semper saluis.
In ipsiusq; D. Regis, & suorum successo-
rum Poloniæ Regum ditione, potestate,
gubernatione, subiectione, imperio, &
regimine, ab hac hora & in perpetuum
perdurabimus & consistemus, nec ullo
tempore nos à corona Poloniæ, cuius fu-
mus corpus individuum, scindi, sequestra-
ri, aut alienari permittemus, aut consen-
tiemus. Promittentes præfato Dño Cas-
miro Regi, & suis successoribus Regibus
Poloniæ, in omnibus felicibus, aduersis,
& quibuscumque casibus, ope, præsidio,
cōsilio, & auxilio, fideliter, cōtra quos-
cumque eorum hostes, & aduersarios, &
qualscumque personas Ecclesiasticas vel
seculares, quacunque prefulgeant digni-
tate, cōmunitates, vniuersitates, & signa-
ter cōtra Magistrum & Ordinem quon-
dam

dam Prussiæ, Almaniæ, & Liuoniæ, si
deliter, corpore, animo, & rebus, & cum
effectu assistere, & bonum, vtile, cōmo-
dum, honestū, eiusdem D. Casimiri Re-
gis, & suorum successorum Regum Po-
loniæ, iuxta vires & potentias nostras ex-
tremas, efficere, dirigere & procurare.
Nec vñquam quocunq; colore, arte, ne-
cessitate, casu, opportunitate, vel ingenio,
præfatum D. Casimirum Regem, & su-
os successores Reges & coronā Poloniæ
deserere, aut in præiudicium, læsionem;
aut offendam præsentis subiectionis, &
deditioñis nostræ, cum Magistro & Or-
dine olim Prussiæ, & Magistris Almaniæ
& Liuoniæ aliquos tractatus, reconcilia-
tiones, inscriptiones, amicitias, fœdera,
colloquia, vel sermones, absque eiusdem
D. Casimiri Regis Poloniæ speciali li-
centia vel consensu, inire per se vel quaf-

cinque submissas personas, directè vel
indirectè, palam vel clandestinè absque
dolo, & fraude, sub fide & honore. Cui
quidem Serenissimo Principi, Dño Ca-
simiro Regi Poloniæ, quamprimum fœ-
liciter terras Prussiæ aut Pomeraniæ in-
gressus fuerit, ad suam requisitionem ple-
nè præstabimus, præstareq; nos astringi-
mus, fidelitatis, subiectionis & obedien-
tiæ, perpetuo corporali interposito iura-
mento magum. Et quod iam in perso-
nis præfatorum nunciorum nostrorum
præstitisse nos fatemur, & recognosci-
mus, & præsenti nostra inscriptione pro-
firmitate ampliori facimus & præsta-
mus. Actum & datum in Thoruñ feria
secunda proxima, post Dominicam
Ramis palmarum. Anno Domini
Milesimo quadringentesimo
quinquagesimo quarto.

PRIVI-

PRIVILEGI. VM D. CASIMIRI REGIS,

quo non tantum ipse Rex, sed præcipui

etiam ex Regni Senatoribus solenniter cauent, quod iuxta
prærogatiuam Ordinibus Terrarum Prussiæ antea
concessam, Castra & tenuta Civitatum atque lo-
corum nullis extraneis sed veris indigenis
conferri debeant.

Kasimirus Dei gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniae, Russiæ,
Prussiæq; Dominus & hæres &c. Signi-
ficamus tenore presentium quibus expe-
dit vniuersis, Quod dum ex pluribus eui-
dentibus & legitimiis respectibus, terras
Prussiæ, Pomeraniæ &c. communicato
Principum, Prælatorum, Baronum, cæ-
terorumq; fidelium nouissimè Cracoviæ
nobiscū existen Regni, ducatuū & Do-
miniorum nostrorum consilio, volunta-
te & consensu, in regimē & tutelam, gu-
bernationem, subiectionem & obedien-

H 3 iam

tiām accepiūmus & assūmpsimus, hanc
ipsis prærogatiuā concessimus, Quod
castra, Ciuitates & quæcunq; fortalitia, in
terris prædictis existētia, alicui extraneo
aut forensi conferre non debemus. Ad
præsens tamē certis respectibus moti, cer-
ta castra in p̄ememoratis Prussiæ Terris
existentia, nonnullis personis, contra hu-
iūsmodi articulum superius expressum,
durante præsentī gvverra, & interim
quoad terras Prussiæ non pacificabimus,
dedimus contulimusq; in regimen, tenu-
tam & gubernationem. Ideo præsentib.
in verbo nostro spondemus & promitti-
mus, quod pace, Domino suffragante,
habita, præscripta castra, taliter per nos in
hactenus huiūsmodi personis in regimē
& tenutam collata, iuxta tenorem et con-
tinētiā literarum nostrarum Cracoviæ
terris Prussiæ concessarū, illis confere-
mus,

muīs, quībūs cōsideri dēbent. Et quod
etiam præscriptis literis in omnibus ea-
rum punctis, conditionibus, clausulis &
articulis per hoc non intendimus neque
volumus in aliquo derogare, Sed ipſas
sanas, saluas, firmas & illæfas per nos &
successores nostros perpetuis temporis
bus tenere & obſeruare pollicemur per-
præsentes, harum quibus ſigillum noſtrū
præsentibus eſt appenſum testimonio li-
terarum. Et nos Ioannes VVladislauie-
n̄, Andreas Posnanien̄ Dei gratia Epi-
ſcopi, Necnon Lucas de Gorka Posna-
nieñ, Stanislaus de Oſtrorok Callisieñ,
Petrus de Opporovv Lācicieñ, Nicola-
us de Koſczelecz VVladislauieñ Pala-
tini, Petrus Stora de Gan Caliſſieñ, Ioan-
nes de Czarnkovv Gnesneñ, Hincza de
Rogovv Siradien Castellani & Vice-
thefaurarius, Petrus de Sczekoczini Vi-
cecancel-

ce cancellarius Regni Poloniæ, Derslaus
de Rythvyan Rosperieñ, & Nicolaus
de Labischí Vladislauieñ Castellani etc.
præscriptas Serenissimi Domini nostri
Regis promissionum literas ratas & gra-
tas habentes præsentibus promittimus,
quod ipse Serenissimus Dominus no-
ster Rex omnia superius expressa firmi-
ter & inconcussè in uiolabiliterque tene-
bit & obseruabit, & pro maiori firmita-
te sigilla nostra etiam præsentibus sunt
appensa. Actum & datum in Torun fe-
ria secunda festi beati Ioannis Baptistæ.
Anno Domini Millesimo, Quadringé-
ntesimo, Quinquagesimo quarto.

Ad relationē præfati Magnifici
Petri de Szekoczin R. P. Vi-
ce cancellarij.

PRIVI-

PRIVILEGI^P VM D. CASIMIRI REGIS,

quo omnia Iura per terras Prussiæ abrogantur, & vnum Ius
Culmense in omnium reliquorum locum sufficitur, vt
iuxta eius tenorem omnes causæ & contiouersiæ
decidantur & determinentur.

IN Nomine Domini, Amen. Ad per-
petuam rei memoriam. Cum inter ea
quæ vnitatem dominij attestantur, Iuris
vniuersitas præcipuum habeatur indic-
uum: Proinde nos Casimirus Dei gratia
Rex Poloniæ, necnon terrarum Craco-
uiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lancitiæ, Cu-
iauiæ, Magnus Dux Lithuaniae, Russiæ,
Prussiæq; ac Culmensis, Elbingensis &
Pomeraniæ Dominus & hæres &c. Sig-
nificamus tenore præsentium quibus ex-
pedit vniuersis, presentibus & futuris, ha-
rum noticiam habituris, quod dum post
bellorum discrimina terras nostras Prus-
siæ, ad vnitatem dominij nostri, à quo alijs
I exciderant,

exciderant, fauore diuino recuperasse-
mus, reperimus Magnificos, Strenuos,
generosos ac nobiles terrarum præfatarū
incolas, multiplicibus ac diuersis gaude-
re iuribus, quorum quædam & legitimas
negligebant successiones ac iusticias ho-
minum perturbabant & inuoluebāt, Sæ-
piusq; quod norma debebat esse iusticiæ,
litigiorū & sedition numerat occasio. Cui
malo occurrere volentes, pulsati etiam
precibus magnificorum & nobilium Pa-
latinorum, Castellanorum, Dignitario-
rum, totiusq; communitatis & Baroniæ
terrarum nostrarum Prussiæ, & signan-
ter de districtibus Pomeraniæ, Mariem-
burgen & Stumeñ, aliàs Pomezaniensis,
omnia iura Prutenicalia, Maydembur-
gen, Pomeraniæ, ac feodalia, in quibus
aliàs tempore Magistri & Ordinis consi-
stebant, & ipsis regulabantur, ab ipsis re-
mouen-

mouentes, abrogantes, & perpetuò abo-
lentes, loco enim Iurium prædictorum,
vnum Ius Culmense, quo districtus Cul-
mensis gaudet & fruitur, ipsis & eorum
posterioris, iuxta eius veram naturam, sub-
stantiam, qualitatem & conditionem, de
consensu omnium Prælatorum & Baro-
num nostrorum conferimus & largimur
perpetuo & in æuum. Quo iure iudicari
inter se debebunt, & expediri, omnesq;
causas & controuersias eorum, iuxta te-
norem Iuris Culmensis prædicti, secun-
dum quod in suis capitulis, punctis, et cō-
suetudinibus, scriptum & declaratū exi-
stit, decident & determinabunt. Ab om-
nibus etiam oneribus ac dacijs inconsue-
tis, qui buscunque appellētur nominibus,
quas Magistro et Ordini de bonis eorum
dare cogebātur, ipsos libertamus. Abre-
nunciantes insuper deuolutionem bono-

rum hæreditariorum, quæ nobis & do-
minio nostro iure feodi cedebant & de-
bebantur, ac ab eadem recedentes, suc-
cessionem posteris eorum in perpetuum
donantes. Hoc duntaxat pro nobis &
successorib. nostris excipiendo & reser-
uando, quod quilibet Dignitarius & ter-
rigena Terrarum Prussiæ ad bellicā ex-
peditionem, quotiescunq; necessitas ex-
optauerit illam 'per nos & successores
nostros indici, in armis & equis decenti-
bus, quilibet iuxta continentiam Priuile-
gij sui & tenorem, aliás qui careret Priu-
legio, secundum facultatem bonorum
suum seruire erit & obligatus et obstri-
ctus, prout & alij incolæ Regni nostri ad
hoc ipsum obligantur seruitiū. [Præterea
volumus ut omnes & singuli prefati sub-
diti nostri in recognitione dominij, prout
etiam prius solitum erat, pro quolibet fe-

sto Sancti Martini, denarium Culmeñ,
vel loco eius quinq; allenses Prutenica-
les, cum vno talento cæræ albæ nobis &
successoribus nostris, ac Officialibus ad
exigendum per nos deputatis, dent, sol-
uant & consignent. Insuper volumus,
quod nullus dignitariorum aut terrige-
narū in lacubus habeat, preter quod anti-
quitus habuit, tempore Magistri & Ordi-
nis, neque etiam de illis lacubus se intro-
mittat, quorum piscatura ad Magistrum
& Ordinem pertinebat, Esto quod lacus
predicti hereditates aliquorū contingant,
vel eis contineantur. Harum quibus Si-
gillum nostrum præsentibus est subappé-
sum testimonio literarum. Actum in Ca-
stro nostro Mariemburgeñ feria sexta
proxima post festum Sancti Iacobi Apo-
stoli. Anno Dñj Millesimo quadringen-
tesimo septuagesimo sexto. Præsentibus

Reuerendissimo ac Reuerendis in Chri-
sto patribus Dominis Iacobo S. Gne-
neñ Ecclesiæ Archiepiscopo & Primate,
Sbigneo VVladislauieñ & Regni Polo-
niæ Vicecancellario, Vincētio Culmeñ
Episcopis, necnon Magnificis, strenuis
& generofis, Nicolao de Cuchno Lan-
cicieñ, Andrea de Greczkovv, Inovvla-
dislaueñ, Stiborio de Baysen Mariem-
burgeñ, Ocha de Machvvitz Pomera-
niæ, Ludouico de Mortang Culmeñ, Pa-
latinis. Ioanne de Rythvvian Sandomi-
rieñ, & Regni Poloniæ Marscalco, Io-
anne à Mor de Tharnovv VV oyniceñ,
Ioanne de Opporovv Bresteñ, Nicolao
de Ibidē Brzeszyneñ, Matthia de Schlü-
sovv Crufchvvitieñ, Nicolao Dam-
brovvskj Culmeñ, Nicolao Feltstorff
Pomeranie, Fabiano de Legensdorff El-
bingeñ, Castellanis, & alijs quampluri-
mis

mis ad premissa testibus fide dignis. Da-
tum per manus Reuerēdi in Christo pa-
tris Dñj Sbignei Episcopi VVladislaui-
en, & Vicecancellarij, necnon Venera-
bilis Vrielis de Gorka Gnesneñ, & Pof-
nanieñ. Ecclesiarum præpositi, Cancel-
larij Regni Poloniæ, sincere nobis dile-
ctorum.

Sbigneus de Oleschnytza
E. &c. manu propria.

CONFIRMA- TIO D. CASIMIRI REGIS,

Priuilegorum, libertatum, & eo-

ram omnium quæ diu & ab antiquo Ordines Ter-
rarum Prussiæ habuerunt.

Kasimirus Dei gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniae, Russiæ,
Prussiæq; Dominus & Hæres &c. Signi-
ficamus tenore præsentiu, Quod quem-
admodum anteactis annis certa Priuile-
gia

legia & libertates sudditis nostris, & ter-
rarum nostrarū Prussiæ incolis, tam Spi-
ritualibus quam Secularibus dederamus
& cōcesseramus, Quæ quidē Priuilegia,
& alia, diu & ab antiquo per eos tenta et
habita, ipsis subditis nostris in omnibus
punctis, cōditionibus, Articulis, & Clau-
sulis tenere & obseruare promittimus
præsentibus & pollicemur. Harum qui-
bus Sigillum nostrum est subappositum
testimonio literarum. Datum in Noua
cīuitate Corzī feria sexta proxima, post
festum Sancti Barnabæ Apostoli, Anno
Dñj Millesimo, Quadragesimo, sep-
tuagesimo septimo: Relatio venerabilis
Stanislai de Onrezvamby R. P. Vice-
cancellarij, Stanislaus Vicecan: spt.

CONFIRMATIO D. IOAN-
nis Alberti Regis omnium Iurium &
Priuilegorum Terrarum Prussiæ.

In

IN nomine Domini Amen. Ad perpe-
tuam Dei memoriā, Quoniam huma-
ni generis actiones perpetuæ memoriæ
indigentes, plerumque ab hominum no-
titia dilabuntur, nisi scripturarum seu te-
stium munimine fuerint roborata. Pro-
inde nos Ioannes Albertus Dei gratia
Rex Poloniæ, necnon terrarum Craco-
uiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lancitiæ, Cu-
iauiæ, supremus Dux Lithuaniæ, Russiæ,
Prussiæq; ac Culmeñ, Elbingeñ ac Po-
meraniæ Dominus & Hæres &c. Signi-
ficamus tenore præsentium, quibus ex-
pedit vniuersis præsentibus & futuris, ha-
rum noticiam habituris, Quomodo re-
uolentes in animo, qua quantaq; puri-
tatis affectione, & integræ fidei constan-
tia Prælati tam Spirituales quam Secula-
res, Comites, Barones, Milites, Proceres,
Nobiles, Communitatesq; Ciuitatum &

K Oppido-

Oppidorum, cæteriq; Subditi & Incolæ
terrarum Prussie, tam spirituales quam se-
culares personam nostram venerati sunt,
atq; dilexerunt, vt tandem decedēte fœ-
licis memoriae Sereniss: Principe Domi-
no Casimiro &c. Genitore & Prædeces-
sore nostro charissimo, nos tanquam ve-
rum hæredem & legitimum successore,
ipsis in Regem & Dominum concordib.
voluntatibus vna cum alijs Regni nostri
Confiliarijs, Dignitarijs, Officialibus, &
cuiuscunque Status, Conditionisq; Sub-
ditis & Incolis elegerunt & assumpserūt,
Sacroq; Regni diademeate insignierunt.
Cum igitur Altissimo dirigente votis eo-
rundem Incolarum Regni nostri, in no-
stram Maiestatē deliberatè concurrenti-
dus, Paterni Sacri Regni nacti sumus so-
lium, Dignum ea propter duximus in ip-
sos Subditos, Incolasque, oculos pietatis
nostræ

nostræ aperire, & eis hanc quam actu &
opere veluti Athletæ fideles, in nos exhibuerunt synceritatē & constantiam, gratitudine nostra ut decet cōpensare. Vnde ex certa nostra scientia, præhabitaq; sufficienti deliberatione, animo beneuolo, & voluntate nostra vltronea ipsis Prælatijs, Comitibus, Baronibus, Dignitarijs, Officialibus, Militibus, Proceribus, Nobilibus, Ciuitatibus, & earundē Cōmunitatibus, ceterisq; Subditis et Incolis terrarum Prussiæ, cuiuscunq; Status, cōditio- nisq; existant, quæq; ipsorum Iura & Priuilegia tam Ecclesiastica quam secularia, quæcūq; à diuæ memoriæ Regibus Poloniæ, & ab olī Genitore, & prædecessorib.
nostris, super quibuscūq; bonis, et libertatib. habere dignoscuntur, & habent, sub quibuscunq; Datis, in vita ipsorum emanatas & concessas, emanataq; & cōcessa

Iura & Priuilegia in se cōtinentes, in omnibus earū Positionibus, Conditionibus, articulis vniuersis ratificamus, gratificamus, approbamus, & præsentium literarum patrocinio confirmamus, Decernētes easdem eademq; robur habere perpetuæ firmitatis . Promittentes insuper in verbo nostro Regio, & tenore præsentiu spōndens, eadem ipsorum Iura, libertates & Priuilegia per omnia rata, grata habere, & inconcūscē, iugiter, in uiolabiliter & perpetuo, Iustitia mediante, gratiōscē conseruare. In cuius rei testimonium, Sīgillum nostrum præsentib. est appēsum.
Datum in Thorun die Sabbati in Vigilia Sancti Andreæ Apostoli. Anno Dñj Milleſimo, Quadringentesimo, nonageſimo quarto, Regni vero nostri anno tertio. Præsentibus Reuereñ in Christo Patrib. Dominis Cressao de Curozvvāby electo

electo, cōfirmato VVadislaueñ, & Regni nostri Cácellario, Vriele Posnanieñ, & Luca Varmieñ Ep̄is, necnon Magnificis, Generosis & Nobilibus Ambrosio Pāpovvsky Siradiense, Matthia de Sluzevvo Bresteñ, Nicolao de Bayſen Mariēburgeñ, Carolo de Felden Culmeñ, Nicolao de VVolikovv Pomeraniæ Palatinis. Nicolao de Strezovv VViſſicieñ, Ioanne de Przithik Radomieñ, Petro Miskovvsky Rosperiense, Nicolao Garzina de Ludbranz Spiczmirieñ Caſtellanis. Petro Kmīha de VViſnicze Regni nostri, Raphaële de Leschno Cu- riæ noſtræ Marſcalcis, ceterisq; Dignitarijs, Consiliarijs, & Curienasibus noſtris fide dignis Testibus. Datum per manus Venerabilis Gregorij de Ludbráz Scarbimirensis, & Sancti Floriani in Cleparz Ecclesiarum præpositi, Regni nostri Vi-

K 3 cecan-

ceca cellarij, syncerè nobis dilecti. G. Vi-
cecan: spt. Relatio eiusdem Venerabilis
Gregorij de Ludbranz R. P. Vicecäcel:

P R I V I L E G I
V M C A P I T V L I V A R M I
ensis super electione Episcoporum
Varmieñ, & gratitudine personæ eligēdæ, & quod
ex electis REX nominare non debeat nisi ve-
rum Terrarum Prussiæ indigenam.

IN nomine Domini Amen. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Nos Sigismudus
Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ, necnon rerrarum Cracouiaæ,
Sandomiriæ, Siradiæ, Cuiaviaæ, Russiæ,
Prussiæ, ac Culmeñ, Elbingeñ Pomera-
nieç; &c. Dominus & hæres. Significa-
mus tenore præsentium quibus expedit
vniuersis & singulis præsentib. & futuris
harum notitiâ habituris. Quod cum de-
functo bona memoria olim Reuerendo

in Christo patre D. Luca Ep̄o Varmieñ,
eiusdem Ecclesię Pr̄lati & Canonici ad
electionē noui Ep̄i & Pastoris processis-
sent, fuissetq; orta aliqualis controuersia
super eadē electione, quæ videbatur no-
bis facta, non obseruato tenore cuiusdam
articuli inter olim Serenissimum Princi-
pem Dñm Kasimirum Regem Poloniæ
genitorem nostrum charissimum, et Re-
uereñ patrem D Nicolaum Episcopum
Varmieñ & eius Capitulum per quandā
inscriptionem facti, in quo cauetur, quod
ijdem Pr̄lati & Canonici Ecclesię Var-
mieñ defuncto eorum Episcopo, personā
gratam Regib. Poloniæ eligere tenean-
tur, Cumq; eiusdem articuli de eligenda
grata Regibus persona, interpretatio in
dubiū hinc inde traheretur: Nos prospí-
cere cupieñ, ne qua posthac cōtrouersiæ
occasio inter nos yel successores nostros

Reges

Reges & Dominum Episcopum, ac eius
Capitulum dictæ Ecclesiæ Varmieñ su-
per electione Episcoporum & gratitudi-
ne personæ eligendæ, exoriri possit, Ad
tollendam omnē eiusdem articuli in po-
sterum ambiguitatem, matura delibera-
tione & consultatione cum Consiliarijs
nostris spiritualibus & sæcularibus habi-
ta: cum Reuerendo patre Dño Fabiano
Episcopo Varmiense moderno, ac eius
Ecclesiæ Capitulo in hunc qui sequitur
modum deuenimus. Quod cum conti-
gerit vacare Ecclesiam Varmieñ: Præ-
lati & Canonici eiusdem Ecclesiæ tem-
pestiuē & ante Electionē noui Episcopi
mittere tenebuntur de gremio sui Nun-
cios ad nos & successores nostros legitimi-
mos Reges Poloniæ, si fuerimus aut ijdē
successores nostri fuerint in Polonia, non
tamen in terris Russiæ, aut Magno Du-
catu

catu Lithuaniæ, vsque Vilnam, & non
vlterius, Et significare per eosdem nun-
cios suos, obitū sui Episcopi, & diem ele-
ctioni noui pastoris præfinitum. Et præte-
rea dicere tenebuntur nomina omnium
Prælatorum & Canonicorum Ecclesiæ
suæ, præsentium & absentium ab Eccle-
sia, ac declarare pro eorum iudicio fide-
liter ac veraciter vitam, mores, dignita-
tem, genus & omnem cōditionem status
vniuscuiusque. Quod si forsan pro eo tē-
pore, nos aut nostri successores non esse-
mus seu non essent in Polonia, sed in ter-
ris Russiæ, aut vltra essemus, seu successo-
res nostri essent, in Magno ducatu Lituā-
niæ, vltra Vilnam, Tunc ijdem Prælati
& Canonici, ne forte electio nimis tar-
detur, & Ecclesia præfata alicui periculo
aut incōmodo subjiciatur: Obligati erunt
per suos Nuncios omnia superius descri-

L pta Re-

pta Reuerēdissimo Dño Archiepiscopo
Gnesneñ pro tempore existenti , aut eius
paternitate extra suam pronunciam exi-
steñ, VVladislauieñ aut Ploceñ Episco-
po significare. Qui quidē Dominus Ar-
chiepiscopus , siue alter ex supradictis
Episcopis , illo absente , sine omni mora
persuum tabellariū siue nuncium de illis
omnibus quæ sic significabuntur , nos &
successores nostros curabit reddere cer-
tiores. Ex quibus quidem Prælatis & Ca-
nonicis eiusdē Ecclesiæ , nos quatuor pro
arbitrio nostro nomina bimus , non alios
tamen quam qui sint veri terrarum Prus-
siæ indigenæ , ac per specialem nuncium
nostrū , seu literas clausas significabimus
ipsi Capitulo , quos iudicauerimus ad il-
lius culmen dignitatis & locum in consi-
lio nostro magis idoneos et nobis gratos.
Ipsi vero Prælati & Canonici prædicti

vnum

vnum ex illis quatuor quem voluerit aut
iudicauerint meliorem & utiliorem deli-
gere in Episcopum tenebuntur & erunt
astricti. Et quia ex longa mora electionis
aliqua difficultas vel impedimentum eue-
nire poterit, Itaq; post acceptum de mor-
te Episcopi à Capitulo nuncium, supra-
dictos quatuor, octo dierum ad summū
spacio nominare debemus. Ethoc am-
plius adjiciendum ipso Domino Fabiano
Episcopo eius Ecclesiæ Varmieñ Capi-
tulo assentientibus, voluimus, quod si
quando nos vel successores nostri filium
sive fratrem germanum inter quatuor su-
pradicatos nominare vellemus, qui prius
esset de gremio Capituli ecclesiæ prædi-
ctæ, id in nostro & successorum nostrorum
Regū Poloniæ arbitrio & potestate erit,
ac si ijdem filius vel frater Terrarū Prus-
siæ indigena esset. Cum autem dicti Pre-

Iati & Canonici, sic ut præfertur, vnum
ex eisdem quatuor nominatis elegerint,
intimare debebunt nobis & successorib.
nostris nouū electum, & cum eo suppli-
care, vt illum nostris literis Sedi aposto-
licæ & Sanctissimo Dominò cōmende-
mus, vt electionē de eo factam, cum gra-
tia confirmare dignetur. Qua quidē con-
firmatione & prouisione secuta, idem
electus, iuxta tenorem & inscriptionem,
cum superius nominato olim Dño Ni-
colao Epō Varmieñ et eius Capitulo fa-
ctam, præstabit iuramentum nobis & suc-
cessoribus nostris, prout in eadem inscri-
ptione latius cōtinetur. Reliqua vero quæ
in eisdem articulis cum suprascripto Do-
mino Nicolao Epō Varmieñ habitis cō-
tinentur, Salua & integra permanere de-
bent in perpetuum & inuiolabiliter ob-
seruanda. Ea verò quæ his literis conti-
nentur,

tinentur, ipse Dominus Fabianus Ep̄us
Varmieñ prædictus, cum Capitulo Ec-
clesię suę firmiter, illesę & inconcussę te-
nere, exequi & inuiolabiliter perpetuò
obseruare debebit, & eius successores
debebunt. In quorum omnium & singu-
lorum fidem & testimonium pr̄emissorū
præsentes literas scribi fecimus, & Sigil-
lo nostro cōmuniti. Actum in conuenti-
one generali Piotrkouieñ die Martis sep-
tima, mensis Decembris, alias in vigilia
Conceptionis beatissimæ virginis Ma-
riæ. Anno Dñj Millesimo Quingentesi-
mo duodecimo, Regni verò nostri sex-
to. Præsentibus Reuerendissimo & Re-
uerēdis in Christo patribus Dominis Io-
anne Archiepiscopo Gnesneñ & Prima-
te. Ioáne Cracouieñ, Ioanne Posnanieñ,
Erasmo Ploceñ, Fabiano Varmieñ, Ma-
thia Præmislieñ & Regni nostri Cancel-

L 3 lario,

Iario, Iacobo Camenecense ecclesiarum
Episcopis, necnon Magnificis Venera-
bilibus, Generosis & Nobilib. Nicolao
de Camienycz Cracouiense, & campi-
ductore Regni nostri generali, Nicolao
de Ludbrancz Posnanię, & Capitaneo
Lancicień, Ioanne de Tarnov Sandomi-
riense, Jaroslao de Lasko Siradień, Ioan-
ne Jarandi de Brudzevv, Lancicień, Ni-
colao de Grethkovv Brestense, Ioanne
Odrovvansch de Sprovva, Russię terra-
rum generali, Otha de Chodecz, Podo-
liæ, Nicolao Firley de Dambrovvicza
Lublineń, Georgio de Baysen Mariem-
burgense, Nicolao de Pilcza Belzense,
Andrea de Radzieovicza Plocense, &
Rauense Capitaneo, Prandota de Ze-
jasna Ranense, Palatinis. Luca de Gor-
ka Posnanię & Capitaneo maioris Po-
loniæ generali. Christophoro de Schied-
lovviecz

Iovviecz Sandomiriense et Regni nostri
Vicecancellario, necnon Siradiense, So-
chaczouiense & Gostinense Capitaneo,
Stanislao de Ostrorog Calissiēse, Janus-
sio Latalski Gnesnense, Ioanne de Prze-
remb Siradiense, Alberto de Gladczia-
novv Lanciciēse, Nicolao de Schiedlo-
vvicz Radomieñ, & Succamerario Cra-
couiense, Regniq; nostri Incisore. Nico-
lao Iordan de Zacliczin Visliciense, An-
drea de Oporovv Brestense, Ieronimo
de Cobilanij Rosperiense, Andrea de
Tanczin Biecense, & causarum Curiæ
nostrę referendario, Georgio Crupski de
Orchovv Belczēse, Stanislao de Pothu-
lice Miedzirzecēse, Jaroslao Sokolovvs-
ki de VVrancza Landense, Petro Gorf-
ki Naklenske, Ioanne de Bochothnicza
Malegostēse, Stanislao de Sprovva, Zar-
nouiēse, Martino Skethmitzki de Bogo-
ria, Zavvichosteñ, Stanislao Kuropathua

de

de Lazuchovv Chelmeñ, Castellanis.
Stanislao de Chodetz Marschalco &
Capitaneo Leopolieñ, Andrea de Cof-
czieletz Thesaurario Scepusieñq; Osvvi
czimense, Sádecense, Iunivvladislavvi-
ense & Bidgostiene Capitaneo, necnon
Zuppario & magno Procuratore genera-
li Cracouiēse, Regni nostri, Andrea de
Klecz Custode, & Ioanne Sculteti Sacre
Theologiæ professore ac Archidiacono
Varmieñ, Ioanne Latalski Gnesnense,
Cracouiense & Lanciciense præposito,
Petro Thomiczki Decretorum doctore,
Archidiacono, Ioáne Carnkovvski Ca-
nonico Cracouieñ, Stanislao Goretzki
Præposito Calisschieñ ecclesiarum, Se-
cretarijs nostris, Stanislao Jaroczki Mar-
schalko Curię nostre, Raphaéle de Lesch
no Capitaneo Szlochouieñ, Henrico It-
felt Proconsule Thorunense, Ambrosio

Storm

Storm nuncio & Notario Gedanense ci-
uitatum nostrarum. Adam de Drzevvi-
cza Sandomiriense, Stanislao Lassoczkj
Posnaniense, terrarum Succamerarijs,
Nicolao Oczieski Capitaneo Costense
& magistro agasonum Curiæ nostræ, &
alijs quampluribus dignitarijs, Officiali-
bus & Curieñ nostris, circa præmissa te-
stibus fidedignis, sincerè & fidelibus no-
stris dilectis. Datum per manus præfati
Reuerēdi in Christo patris Domini Ma-
thiæ Episcopi Præmisliensis et Regni no-
stri Cancellarij, sincere nobis dilecti.
Mathias Dominus Episcopus et Cancel-
larius ssp. Relatio eiusdem Reuerendi
in Christo patris Domini Mathiæ Epi-
scopi Præmisliensis & Regni Poloniæ
Cancellarij.

M CAV.

CAVTI O D. SI GISMVNDI REGIS IN PER-

sona Ioannis Balinski, quod posthac

non nisi Terrarum Prussiæ indigena, & vernaculae lingua
peritus, in ipsarum Terrarum consilium recipi & admitti debeat.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, Prus-
siæq; &c. Dominus & hæres. Manifestū
facimus tenore præsentiu m vniuersis & sin-
gulis quib. expedit, Quod cum alias nos
volentes generosum & fidelem nobis di-
lectum Ioānem Balinski, ob meritorum
suorum exigentiam amplioribus bonoru m
fastigijs euehere, & Castellanatus Geda-
neñ Dignitatem in terris Prussiæ ea vice
contulissimus, mādauimus eum in ipsa-
rum terrarum consilio recipi & admitti.
Verum cum præmissa priuilegijs earun-
dem terrarum obsistere dicantur, ex eo
quod

quod idem Ioānes indigena illarum ter-
rarum nō existens, ipsarum etiam linguae
imperitus, pr̄senti nostro decreto decla-
ramus, & in verbo nostro regio affirma-
mus, intentionis nostræ non fuisse nec es-
se, per pr̄dictam nostram collationem
& mandatum memoratis Priuilegijs ali-
quatenus derogare, aut quomodolibet ea
tollere vel abrogare. Decernimus igitur
pr̄dictam nostram collationem et Man-
datum, quatenus dictis priuilegijs aliquo-
modo aduersetur, terris nostris Prussiæ in
aliquo nō pr̄aeiudicare, aut ad similia per-
mittenda in consequentiam seu exemplū
in posterum trahi non posse neq; debere,
Dictosq; terrarum Prussiæ Consiliarios
eundem Ioannem in Cōsilium recipien
nostroq; mandato pareñ, ab huiusmodi
Priuilegijs recessisse censi aut iudicari
à quoquam non debere neque posse, no-

M 2 lentes

lentes eos aut terras prædictas ob nostræ
complacentię obsequia, hac duntaxat vi-
ce nobis impensa, præiudiciū aliquod aut
iacturam reportare. In quorum omnium
testimonium has nostras literas fieri iussi-
mus nostro sigillo cōmunitas. Datum in
Brzesczie Kuiauieň feria quarta ipso die
Beati Andreæ Apostoli. Annorum Dñj
Millesimo Quingētesimo decimo nono,
Regni autem nostri tredecimo. Christo-
phorus de S. Palatinus & C. Cracouieň
ac R. P. Cancellaria: spt. Ad Relationem
Magnifi: Christophori de Schidlovvicz
Palatini & generalis Cracouiēsis ac Reg-
ni Poloniæ Cancellarij &c.

Similis Cautio à D. Sigismundo Au-
gusto Rege, Ordinibus Terrarum
Prussiæ, & seorsim Venerabili Capitulo
Varmieň promissa fuerat, qua prouide-
retur,

retur, ne deinceps circa electionem Epi-
scopi Varmieñ cōtra pacta & Priuilegia
illius Ecclesiæ fieret, neq; in exemplum
traheretur id, quod absque libera electio-
ne, circa nominationem Reuerendissimi
& Illustrissimi D. Stanislai Hosij Cardi-
nalis et Ep̄i Varmieñ, admissum fuerat, q̄
tamen impetrari nulla ratione potuit.

CONFIRMA-
TIO D. SIGISMVNDI RE-
gis, omnium Priuilegiorum & liber-
tatum, quas D. eius genitor Casimirus REX Terris
Pruisiae concellerat.

IN Dei nomine Amen. Ad perpetuam
rei memoriam, Omnia rerum quæ
sempiternæ memoriae cōmendari debēt,
nulla certior firmitudo inueniri potest,
quam ut literis posteritati mādentur. Cæ-
tera enim facta quātumuis memorabilia

alijs modis æternitati dicata, aliquot quidem sæculis durare possunt, sed quæ literis memoriæ conseruantur, nunquam intereunt ipsaq; vetustate fiunt augustiora.
Atq; ita nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiae, Culmeñ, Elbingeñ, Pomeraniæq; &c. Dominus & heres. Manifestum facimus his literis nostris vniuersis & singulis tam presentibus quam futuris,
Quod accedentes ad conspectum nostrum
Dñi Prelati terrarum nostrarum Prussiae,
Spirituales & seculares, Barones & Nobiles, principaliū Ciuitatum nostrarum videlicet Thoruneñ, Elbingeñ, et Gedanensis Proconsules & Consules, ac apud nos earūdem ciuitatum nominibus nuncij, sincerè & fideles nostri dilecti: Inter cætera nobis humiliter supplicarunt, ut eos circa iura, libertates, prærogatiwas, concessio-

concessiones, donationes, & exemptio-
nes, per clarissimæ memoriæ Dominum
Casimirum Regem parentem nostrum
desideratissimum concessa & concessas,
conseruare, manu tenere, tueri & defen-
dere, ac ea & illas confirmare, approba-
re, ratificare, laudare, ac demū renouare
dignaremur. Nos igitur Sigismundus Rex
suprascriptus, qui naturæ benignitatisque
nostræ instituto, ea q̄ ad ornamentū, dig-
nitatē, amplitudinem atq; conseruationē
dominiorum & subditorū, quibus diuina
dispensatione sumus præfecti, spectare
nobis videntur grati libentissimiq; cōce-
dimus, ac præsertim cum ipsi dñi Præla-
ti & Barones, & tota ferme nobilitas, &
suprascriptarum Ciuitatum ciues, & alijs
multi incole & subditi nostri, qamuis sem
per antea vt sub imperium & protectionē
diui parentis nostri Casimiri redierunt,

nunc

nunc tamen maxime cum hoc bellum
quod nuper cum Illustri Dño Alberto
Marchione Brandeburgeñ: cum Magi-
stro Ordinis S. Mariæ in Prussia gelsi-
mus, eorundem subditorum nostrorum
propulsañ damna cædes & iniurias, con-
stantissimi & integerrimi nobiscum per-
ferentes manserunt. Auditis itaq; & be-
ne intellectis hodie suprascriptis Priuile-
gijs, & iuribus, ac prærogatiuis, concessi-
onibus aut donationib. ad laudem & glo-
riam in primis Dei opt: max: omniumq;
Sanctorum eius, & ad vniuersarum ter-
rarum nostrarum Prussiæ incrementum,
tranquillitatem, quietem, stabilitatē, atq;
conseruationem, suprascripta Priuilegia
ac Iura, prærogatiuas, concessiones, do-
nationes & exemptiones, ac omnia & sin-
gula in ipsis cōtenta, cum omnibus & sin-
gulis eorum punctis, clausulis, & continē-
tijs,

tijs, prout iacent, ex certa nostra sciētia et
voluntate, ex consilioq; Consiliariorum
nostrorum ad præsens in hoc nouissimo
conuentu nobiscū existentium, pro solita
benignitate nostra Regia, approbamus,
ratificamus, renouamus, & acceptamus,
laudamus & cōfirmamus, ipsaq; & ipsas
perpetuū firmitudinis robur obtinere vo-
lumus. Promittentes in verbo nostro re-
gio, ac sub fide boni legalis & ingenui
Principis pro nobis & successoribus no-
stris, nos omnia suprascripta in præinser-
tis Priuilegijs expressa, firmiter & inuio-
labiliter obseruare, tenore præsentiu[m] me-
diante. In cuius rei testimoniū Sigillum
nostrum præsentib. appendi iussimus, &
ad meliorem cautelam nos manu nostra
propria subfcripsimus. Actum & datum
in Ciuitate nostra Thorunensi, feria sex-
ta proxima ante Dominicam Iubilate,

N Anno

Anno Dñi Millesimo Quingētesimo vi-
gesimo primo, Regni vero nostri Anno
decimoquinto. Præsentibus Reuerēdiss:
& Reuereñ in Christo patribus Dñis Io-
anne de Lasko Archiepiscopo Gnesneñ,
& primate, & sedis apostolicæ Legato
nato, Matthia de Drevvicza VVladisla-
vieñ Epō, Raphaële de Lefchno ecclesię
pr̄emislieñ: & Laurētio Miedzilesky ec-
clesiæ Cameniceñ, designatis & electis
episcopis. Necnon Magnificis Nicolao
de Dambrovvicza Castellano Craco-
vieñ, & Regni nostri Cāpiductore supre-
mo, Christoffer de Schidlovviecz Pa-
latino et Capitaneo Cracouieñ ac regni
nostri Cācellario &c. Ioanne de Lubra-
niecz Posnanieñ: Ioanne de Calinovva
Calisieñ, Stanislao de Koscielecz Bre-
sceñ, & Capitaneo Marieburgeñ, Palati-
nis. Luca de Gorka Posnanieñ, & maio-

ris Polonię Capitanęo gñali. Nicolao de
Schidlovvicz Sādomirieň et regni nostri
thesaurario. Ioáne VViethvinski & in
Carnischin Plocensi, Stanislao de Spro-
vva Sarnovviensi Castellanis, Ac vene-
rabilibus Ioanne Latalsky Gnesneň,
Cracouieň & Lancicieň ecclesiarum
præposito. Andrea Sloriczki præposito
S. Floriani in Kleparcz extra muros ci-
uitatis nostræ Cracouieň, & custode San-
domirieň, Nicolao Oleschniczky Ca-
nonico Cracouiensi, Paulo Grassovvskj
præposito omnium Sanctorum in Craco-
via, & alijs quamplurib. dignitarijs, Of-
ficialibus, & Curiensibus nostris ad pre-
missa testibus fide dignis syncerè et fide-
libus dilectis. Datum per manus præfati
Magnifici Christoffori de Schidlovvicz
in Smielovv & magna Opatovv Pala-
tino & Capitaneo Cracouieň ac Regni

N 2 Polo-

Poloniæ Cancellarij, tum Siradien, So-
chaczovvieñ, Costineñ &c. Capitanei,
syncere nobis dilecti. Sigismundus Rex
sspt. Christoff: de S. Pal: & Capitaneus
Cracouieñ ac R. P. Can: sspt.

D. SIGISMVN-
DI REGIS LITERÆ, QVI-
bus Ordinib. Terrarum Prussiæ, qui vi-
gore Priuilegiij ad electionem filij vocati non fuerunt, postea tamen
electionem ratam habuerunt, cauet, quod ea præterito illis fraudi
esse non debet. Et specialiter obligat Sigismundum Augustum fia-
lium, ut annum decimum quintum egreſſus, pro more Antecesso-
rum, iuret se Priuilegia & indulta tam publicè quam priuatim
conferuaturum, Et quia indiu hoc ipsum iuramentum non præ-
stuerit, Ordines etiam Terrarum & Ciuitatum ad seruandū
fauum iuramentum Maiestati eius præstitum astrictos esse
non debere, Sed ubi Maiestas eius satisfecerit, tum de-
sum omnem fidelitatem & obedientiam præstare
opondere.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lituaniæ, Russiæ, toti-
usque Prussiæ ac Masouïæ &c. Dominus
& hæres. Manifestum facimus vniuersis.
Quia licet Priuilegia & libertates, Statib.
& Ordinib.

& Ordinibus terrarum nostrarum Prus-
siæ, tam ecclesiasticis quām secularibus, à
maioribus nostris concessa & concessæ,
ac per nos confirmata & confirmatæ, in-
ter alia id potissimum contineant; ut dicti
Ordines & Status Prussiæ, ad futurorum
Regum Polonię, quotiescunq; super ele-
ctione & coronatione illorum delibera-
tionem fieri contingat, ad electionem &
coronationem vocari & admitti debeat.
Quia tamen in eligendo Sereniss: Prin-
cipe Dño Sigismundo Secundo, Rege
Poloniæ & Magno Duce Lithuanie, filio
nostro charissimo, hoc ipsum prætermis-
sum est, nō data quidem opera, sed quod
nobis viuentibus & regno nondum va-
cante, magisq; diuina ordinatione, quam
humano consilio, electio ipsa Maiestatis
suæ contigit. Considerantes tantam præ-
dictorum Statuum & Ordinū terrarum

N 3 nostrarum

nostrarum Prussiæ, erga nos & Serenissimam familiam nostram, fidem, affectum et obseruantiam, ut hanc ipsam electionē Serenissimi filij nostri, præter vocationē eorum factam approbauerint, & similiter ipsum eligendo ratam atq; gratam haberint. Noleñq; vt per huiusmodi electionem, ad quam vocati non erant aliquid in posterum, Priuilegijs & libertatib. dictorum Statuum & Ordinum earundem terrarum nostrarū Prussiæ derogaretur: Decernimus vt deinceps quotiescunque Regem decedere, & regnum vacare aut electionem quomodo cunque celebrari contigerit, Domini Consiliarij Ordinis utriusque Regni Poloniæ, antequam ad electionem procedant, prius predictos Status & Ordines terrarum Prussiæ, de hac ipsa noui Regis electione certiores faciant, ac eosdem ipsos Status, secundum antiquam

antiquam consuetudinem & contenta Pri-
uilegiorum eorum, ad eam vocent & ad-
mittant. Volentes præterea, pro tanta eo-
rum in nos & filium nostrū charissimum
integritate vicissí eis prouidere, vt & ipsi
in suis Iuribus & Priuilegijs ac libertati-
bus, consuetudinibusq; approbatis, absq;
ullo conseruarentur detrimento, pollice-
mur illis, præsentib. literis nostris, **Quod**
quandocumq; ipse Serenissimus filius no-
ster, post mortem nostram ad ætatem le-
gitimā, nempe ad annos quindecim cō-
pletos perueniens, possessionem **Regni**
& dominiorum nostrorum adire volue-
rit, tenebitur illis, id totum præstare, quod
antecessores nostri Reges Poloniæ, &
nos ipsi præstitimus ex debito, ad quod
eius **Maiestatem**, vt filium & successorē
nostrum, tenore præsentium obligamus,
videlicet quod iurare debebit, omnia Iu-
ra, liber-

ra, libertates & Priuilegia, literas, immunitates ūe earundem terrarū Prussiæ, tam ecclesiasticas quam seculares, ecclesijs, tum ipsis terris, earundemq; Prælatis, Baronibus, Nobilibus, Ciuibus, Incolis & quibuslibet personis, cuiuscumque status & cōditionis existētibus, per Diuos prædecessores nostros Principes tam Spirituales quā seculares Reges & Dominos terrarum prædictarum, iuste & legitime donatas & concessas, & per nosmetipſos confirmatas manutenere, seruare, custodire & attendere, in omnibus conditio-
nib. & punctis, Et omnia illicite ab eisdē terris alienata aut distracta, pro posse suo, ad proprietatem earundem terrarum recuperare. Terminos etiam earum non minuere, sed pro virili defendere & dilatare. Et quamdiu hoc ipsum iuramentum M̄tās sua non præstiterit, & huic debito officio

officio suo non satisfecerit, **Ipsi** vniuersi
Status & Ordines earundem terrarum et
ciuitatum nostrarum Prussiæ, ad seruan-
dum iuramentum suum, quod Maiestati
suæ præstiterunt, non erunt astricti neque
obligati. Verum quandocumque post
mortem nostram, supradictis omnibus,
Serenissimus filius noster, in ætate legitima
existens, satisfecerit, & huiusmodi iu-
ramentum debitum præstiterit, vniuersi
earundem terrarum nostrarum Prussiæ
Status & Ordines subditi nostri, illi ut
vero & legitimo Domino Regi suo coro-
nato, omnem fidelitatem & obedientiam,
obsequiaq; secundum iuramentum, à se
illi factum, præstare & exhibere tenebū-
tur. In cuius rei testimoniu, Sigillum no-
strum præsentibus est appensum. Datum
in Conuentu generali Cracouieñ: feria
sexta ante Dominicam ludica proxima.

O Anno

Anno Millesimo, Quingentesimo, trigesimo, Regni vero nostri vigesimo quarto. Christofferus de S. Castel. & Capit: Cracouieñ: ac R. P. Cancel: sspt.

LITERÆ D. SIGISMUNDI REGIS, QUI
bus, post præstitum iusurandum filij, so-
lenniter uerum cauet vniuersis subditis, eius Maiestati neminem pa-
rere debere, nec imperio obnoxios fore, nisi prius omnia Iura,
Privilégia, & libertates diplomate suo confirmauerit, &
iuxta eius tenorem in execuionem posuerit.

Sigismundus eius nominis primus Dei
gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithuaniæ, Russiæ, Masouïæ &c. Domi-
nus & hæres. Significamus tenore præ-
sentiū vniuersis & singulis cuiuslibet or-
dinis, dignitatis et cōditionis hominibus,
Quum ante septem annos Consiliarij
Regni nostri, singulari erga nos, domūq;
nostram Regiam, studio & propensione
permoti,

permoti, tum imminentibus etiam diffi-
cultatibus atque motibus, quibus nunc
vniuersus fere orbis terrarum tumultua-
tur, obuiam ituri, Serenissimum filiuū no-
strum Sigismundum Augustum Regem
sibi & Regno Poloniæ, nobisq; successo-
rem voluntate nostra constituissent, Ac
ne res ea posthac vlo pacto in dubiuū re-
uocari posset, iureiurādo sigillatim dato,
fidem suam ipsius Maiestati obstrinxis-
sent, quoniam is tum per ætatem nondum
commode vicissim ipsis iusurandum da-
re poterat, recepimus nos & spopondi-
mus, & Regio verbo nostro promisimus,
ipsius Maiestatem cum annum quitumde-
cimum egressa fuisset, vicissim subditis
suis omnibus consentaneum iusurādum
esse daturam, cuius formula contine-
tur ijs literis, quibus fidem tum nostram
obstrinxeramus. Nunc itaque cum

O 2 tempus

tēmpus id venisset, liberauit ipsius M^{as}
fidem nostram pro se datam, taleq; iusfa-
randum, quale modo descriptum est, cō-
ceptis verbis ad Sancta DEI Euangelia,
publice in Ecclesia Cathedrali Craco-
vieñ: quarta die Februarij præsentis anni
dedit. At ne quid ea res discriminis mali-
que afferret, ita tūm quoque in electione
illa cautum, publicoq; omnium consensu
constitutum erat, vt quo ad nos viuere-
mus penes nos vniuersa potestas & Re-
gium imperium nihilominus maneret.
Nunc etiā recepit idē Sereniss: filius no-
ster, spopōdit & regio suo verbo promi-
sit, literarumq; monumentis ea de re con-
scriptis, & signo suo consignatis cauit, vi-
uentibus nobis nihil se potestatis & iuriſ-
dictionis in Regno Polonię sibi esse ven-
dicaturum, neque vi quenquam inuitum
ad iussa sua faciendum adacturum, sed
omnia,

omnia, seq; ipsum denique semper in po-
testate nostra fore. Deinde quæcunq; iu-
rasset publice, omnia se sine vlla contro-
uersia seruaturum, defensurum, atq; exe-
cuturū esse. Postremo post obitum quoq;
nostrum, neminem prædictorum subdi-
torum suorum sibi parere debere, nec fo-
re obnoxios fidei imperioq; suo, nisi pri-
us ipsis vniuersa Iura, Priuilegia, liberta-
tes, literas et immunitates, à supra memo
ratis maioribus suis Diuis Regibus Polo-
niæ, & à nobis etiam concessas ac dona-
tas, quæque in posterum dum viuimus à
nobis cōcedentur, donabunturq;, diplo-
mate suo Regio confirmauerit, & pro vi-
ribus suis iuxta tenores earūdem in exe-
cutionem posuerit. Quæ omnia nos quo-
que pro eodem Serenissimo filio nostro
recipimus, spondemus & Regio verbo
nostro promittimus. Id quod his literis

O 3 signo

signo nostro impresso consignatis testatū
esse voluimus. Datum Cracouiæ sexta
Februarij Anno Dñi Millesimo, Quin-
gentesimo, trigesimo septimo, Regni ve-
ro nostri Anno trigesimo primo.

CONSTITV.
TIONES TERRARVM
Prussiæ, in publicis Comitijs Tho-
runy conciliatae, & D. Sigismundi Regis autoritate
pro commodo publico confirmatae,

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ,
Magnus Dux Lithuaniae, Russiæ, to-
tiusque Prussiæ, Masouiae &c. Dominus
& hæres. Significamus tenore præsentiu
quibus expedit vniuersis præsentibus &
futuris harum noticiam habituris, Quia
consulere volentes multiplicibus errori-
bus & abusibus, qui cum in diuinis, ac eti-
am humanis rebus inoleuerant in terris
& ciuita-

& ciuitatibus nostris Prussiæ, ac bonæ reformationi defectuū & dissidiorum, quæ in ipsis terris obortæ fuerant, vtiliter intēdentes, de consilio & consensu omnium Confiliariorum et Nunciorum cōmunitatis, tam militaris quam etiam ciuilis ordinis, infra scriptas Cōstitutiones edidimus, promulgauimus, & cōfirmauimus.

In primis, quisque Palatinus habeat apud se exemplum seu copiam Priuilegij terrarum Prussiæ, & illud vnicuique pententi ostendet, & coram eo legi faciet, quod nos manu tenere, & secundum ipsius tenorem tam spiritualiū quam secularium dignitates, officia, & Capitaneatus solis & proprijs terrarum' Prussiæ indigenis conferemus.

Iudicia terrestria in singulis Palatinatibus quotannis bis seruentur, ita ut in Palatinatu Culmensi primum iudicium
feria

feria tertia post Dominicam Quasi modo geniti, Secundum autem feria tertia post Lamperti celebretur. In alijs autem Palatinatib. iuxta veterem consuetudinē obseruetur. Ex quibus quidē Iudicijs terrestribus, appellations ordinariē fiant ad cōuentus generales terrarum Prussiæ, A conuentibus autem generalibus ad Regium tribunal nostrum, donec alterutra partium tres conformes sententias obtinuerit.

Vt autem friuolæ & temerariæ appellations nonnihil cohibeantur, quisquis in Iudicio terrestri ad cōuentum generalem appellauerit, tres marcas in Iudicium reponat, Si verò à conuentu generali ad nos appellatum fuerit, sex floreni per triginta grossos deponantur. Et si appellans coram Iudice appellato succubuerit, in vsum publicum iudicij, in quo

quo erant repositi, cedant, alioquin parti
restituantur.

Nec Palatini causas ad ius terrestre spectantes, nisi de consensu partium iudicent, Et prouocantes ad iudicium terrestre remittant, exceptis causis leuioribus, quæ videlicet valorem decem marcarū non excedunt. Hæc quidem sine strepitu iudicij de simplici & plano ab eis componi possunt. In causis autem sanguinis & facto recenti depræhensis, indilata in Iustitiam ministrent. Nec partes contendentes ad componendum amicè inter se controuersiam cogant, nec ullas poenas exigant, nisi per Iudiciū decretas, Quarum poenarū tertia pars Iudicio terrestri, reliquæ duæ partes Palatino loci cedant.

Palatini & Capitanei citati tam in Iudicio terrestri, quam conuentum publicorum, respondere sint obligati, exceptis

P actionibus

actionibus super bonis nostris Regalibus emergentibus. Capitanei autē iuxta continentiam Priuilegij Terrarum Prussiæ sint indigenæ, possessionati, ratione quarum possessionum, Si bona terrestria fuerint, Iudicio terrestri sint subiecti.

Vt autem temerariæ lites amputentur, Cōmissarios siue Iudices delegatos non deputabimus, in causis ad iudicium terrestre spectantibus, & minus in eo iam pendentibus, nisi per appellationem ordinariam, de qua superius dictum est, à sentētia diffinitiua seu interlocutoria iam lata, ad tribunal nostrum deuolutæ fuerint, exceptis causis limitum bonorū nostrorum Regalium, & diuisione fratrū & proximorum.

Nec Iudices delegatos seu Cōmissarios à quibus semel appellatum est, in eadem causa denuo deputabimus, aut causam

sam ad ipsos remitteremus. Non enim verisimile aut honestū videtur, quod iudex suam pristinam sententiā retractet, aut aliter postea iudicet, quā antea iudicauerat.

Conuentus autem publici seu generales, iuxta proximam ordinationē nostram in Prussia quotannis, bis celebrentur, Verno videlicet tempore Marienburgi ad diem Sancti Stanislai, Tempore autem Autumni in Graudentz ad diem Sancti Michaēlis. In nostro tamen erit arbitrio, cum res ita postulauerit, alium locum & tempus huiusmodi conuentibus præscribere, Peculiares autem conuentus per nos instituendi locum & diem ex nostro arbitrio sortientur.

Ad prædictos generales conuentus, omnes causæ tam ex Ciuitatibus quam ex iudicijs terrestribus per appellacionem deuoluantur, & etiam sine speciali

commissione nostra iudicentur. Deinde
vero & nō antea ad supremum tribunal
nostrum remittantur, parte prouocante,
Cui ad prosequendam appellationem à
Iudicibus legitimus terminus præfigatur.
Quam appellationem si intra vnius anni
spatium non prosequeretur, prior senten-
tia iuxta iuris communis dispositionem,
vt prædictum est, in rem transeat iudica-
tam, & executioni demandetur.

Ante conuentum vero publicum per
nos & successores nostros, singulariter
instituēndum, in singulis Palatinatibus
Culmensi videlicet, Marienburgensi &
Pomeraniæ fiat Nobilitatis Conuentio
particularis, **Quam** secūdum morem an-
tiquum Palatini, in singulis districtibus
Palatinatus sui, ad aliquem locum conue-
nientem literis suis conuocent, vt Nuncij
ad huismodi conuentum mittendi eligā-
tur.

tur. Qui autem vocatus non comparuerit, poenam duarum marcarum pendet, Cuius medietas Palatino eius loci, altera vero ærario publico proueniat, exceptis terrarum dictarum Prussiæ Consiliarijs nostris, siue equestris, siue ciuilis sint ordinis.

At quum frustra sententiæ ferantur, nisi legitimæ executioni demandentur, Volumus & irrefragabili constitutione sancimus, vt deinceps vnusquisq; cuiusvis conditionis, aut eminentiæ fuerit, rei iudicatæ, sine omni contradictione, cum effectu pareat & obsequatur, alioqui locorum Palatini nullo alio à nobis mandato expectato, legitimam executionem faciant, adiuncto sibi, vbi causæ conditio id postulauerit, Capitaneo & Nobilibus illius districtus, aut etiā si necessitas exegerit, omnib. et singulis Vasallis nostris,

seu Nobilibus illius Palatinatus, quos ad
assistendum illi sub iurisurandi debito,
& amissione feudorū obligatos esse de-
cernimus. Si vero maiori potentia sit
opus, negotium ad nos referri volumus,
ut opportunis rationibus rebus prouide-
amus.

Palatinos similiter ad huiusmodi exe-
cutiones faciendas, iustitiamque oppres-
sis ministrandam, iuriurādum nobis præ-
stitum adigat, quos etiam si remissiores
fuerint, quinquaginta florenorum Hun-
garicalium pœna, plecti volumus, Cuius
multæ medietas, parti, cui iustitia dene-
gata est, altera vero medietas Ærario
publico terrarum Prussiæ cedat.

Vbi autem executioni quis voluerit
resistere, aut etiam factam violare conui-
ctus fuerit, pœna banni, siue proscriptio-
nis, ac bonorum confiscatione irremis-
sibiliter

fibiliter puniatur. Ex quibus bonis parti
læsæ primum fiat satis, quod reliquum fu-
erit prædicto Fisco applicetur.

Statuimus præterea, vt nullus Capi-
taneus, Nobilis, Ciuis aut quiuis aliis,
cuiuscunque conditionis existat, perso-
nis, castris, domibus, aut possessionibus
alicuius, ullam violentiam inferre, incur-
siones facere, in publicis stratis infidias
ponere, præsumat, Super his conuictus
iuxta antiquum plebiscitum terræ Cul-
mensis, capitali pœna puniatur.

Et cum aliquis Nobilis decreto pu-
blici conuentus, iudicio Palatinorum
aut terrestri capitur, quod sub certis pœ-
nis in potestatem aut carcerem Ciuilem
non tradatur, sed in manus Palatino-
rum. Si quis autem in Ciuitate, ubi
nulla arx est, capitur, & autoritate con-
uentus, Palatini, aut Iudicij in carcerem
Ciuilem

Ciuilem coniicitur, in potestate corundē,
& non ciuitatis permaneat, fideiussoria
autem cautione à carcere huiusmodi li-
beretur, nisi causa fuerit criminalis.

Et ut sub pœna viginti florenorum
Hungaricalium, quorum medietas Pala-
tino, altera parti læsæ cedat, absque vlla
remissione persoluenda, Nobiles & eo-
rum subditi, authoritate, seu potestate Ci-
uili, non capiantur, detineantur, aut are-
stentur. Nec Nobiles autoritate propria
capiant, aut detineant Ciues, vel eorum
subditos, sed vnuſquisque coram Iudice
ſuo ordinario cōueniatur, & iustitiam re-
quirat, niſi in casibus recentibus & actio-
nibus criminalibus, prout pax perpetua
disponit, statuens quod delinquens in lo-
co delicti deprehensus, & contrahens de
contracluſu recenti, in loco contractus, po-
terit conueniri.

Præterea

Præterea ne in fluminibus terrarum nostrarum Prussiæ ab antiquo nauigalib. quibuscunque, obstacula fiant, vt tam piscibus, quam nauibus & lignis liber transitus permittatur, bonis ac iuribus nostris Regalib. et quorumcumq; Priuilegijs antiquis & præscripta consuetudine, saluis.

Nobilibus autem qui habent Priuilegium piscandi, in lacubus nostris Regijs, aut testibus fide dignis probare possunt, se fuisse in possessione piscandi, aut quorum limites, aut ager stagnis nostris Regijs adiacet, his quidem piscatio permitti debet, Sed paruis retibus duntaxat, ad usum & mensam eorum propriam, non autem ad vendendum. Ea tamen conditione, ut retia castrrensia in hyeme primos habeant tractus, & quod tempore, quando pisces, qui Germanice Breßem (Polonice Kliescz vocantur) semen aut fœ-

Q

tum

tum emittunt, nulli liberum sit in lacibus nostris Regijs piscari, ne huiusmodi piscium fœtura in augmentando impediatur, Sed nolumus per hunc articulum Tenutarijs bonorum nostrorum Regalium, aliquod præiudicium generari, aut ipsis, seu quibuslibet alijs proprios lacus habentibus, vim aliquam inferri, quo minus iuribus suis, & antiquis Priuilegijs uti possent.

Et præterea ut Ecclesiastici bona terrestria Ecclesijs asscribenda, & approprianda, siue incorporanda, absque speciali consensu nostro amodò non nisi à suis Vasallis emant, ne obsequia nobis ex ipsis debita, intereant, pro se verò priuati illa emere possunt, Quæ si in vita sua non alienauerint, aut cuiquam non do nauerint, ad eorum propinquos & consanguineos deuoluantur.

Ciuibus

Ciui bus bona terrestria, & Nobili-
bus ciuilia bona liberū sit deinceps eme-
re, Ita tamen quod ad paria onera vtrin-
que ferenda sint obligati, Quod scilicet
Ciues ratione bonorum terrestrium, om-
nia nobilitatis onera, & Nobiles ratione
ciuilium bonorum, omnia ciuilia onera,
æquis passibus ferant.

Nec a modò liceat rusticis, feras in
nemoribus venari, nec laqueos in siluis
& agris ponere, canes aut retia venatoria
habere, alioqui in potestate dominorum
sit, bombardes, canes, & retia huiusmò-
di auferre, & pro qualitate excessus man-
datum præuari cantes, in deceim marcis
domino fundi applicandi toties quoties
punire. Exceptis fossis pro luporum cap-
tura, quas sine tamen cuiusvis prejudicio,
quilibet cum consensu dominorum suo-
rum, habere potest.

Q 2 Simili

Simili modo nec Palatini, Capitanei
aut Nobiles, alter in alterius fundo, abs-
que voluntate Domini fundi, venari, nec
in siluis feras domare, aut cicurare debet,
quod Klupffen vocant, sub amissione
rerum, equorum & curruum. Bombar-
dis autem nemo omnino, nec in proprijs
nec in alienis siluis, sub pœna centum
florenorum Hungaricalium, irremissibi-
liter soluendorum, a modò vtatur, cuius
mulctæ medietas nobis, altera Ærario
publico terrarum Prussiæ, proueniat.

Et item vt Palatini & Capitanei, qui-
que in suo Palatinatu, & Capitaneatu di-
ligéter fines terrarum obseruent, ne præ-
dones, & graffatores ingrediēdo & egre-
diendo impune graffentur.

Et præterea ne rustici cum bombar-
dis, cuspidibus, lanceis, gladijs, aut simi-
libus armis publice, aut priuatim incedāt,
eaque

eaque deferant, nisi ad venationem, aut
publicam pacem tuendam, à Dominis et
potestatibus suis euocati fuerint. Scul-
tis etiam exceptis, quibus ob publicam
functionem armatis esse liceat.

Ex quo etiam multorū querimonijs
accepimus, quosdam officialium nostro-
rum, præseriū Tucholienses, prætextū
mandati prohibitorij, de invectione salis
peregrini in Poloniam, innocentibus an-
tequam finibus terræ appropinquent, sa-
lem adimere, Quod quia iniquum est,
sub graui indignatione nostra prohibe-
mus, ne de cetero cuiquam adimatur, nisi
ultra fines transgresso.

Nobiles præterea districtus Schlo-
chouiensis instar rusticorum, vt ligna ad
arcem ducant, aut alia seruitia rusticalia
faciant, cogi nolumus, Sed antiquā con-
fuetudinem seruādam esse decernimus.

Q 3 Cum

Cum etiam mercatores & præsertim
peregrini, siue exotici homines in Nobi-
litatis ac Ciuitatum iniuriam, pelles, fru-
menta, humulum, ceram, linum, & alia
mercium genera, in villis ac pagis, clam
& publice coëmere, & negotiaciones il-
licitas exercere soleant, authoritate no-
stra Regia firmiter prohibemus, ne id de-
cætero fiat. Statuentes ut deinceps subdi-
ti Dominorum, merces, & res suas ven-
dibles in ciuitate iuxta veterem consue-
tudinem, ducant, & in foro publico ve-
nales exhibeāt, legitima tñ dominorum
suum, cum pellib. ferarū & bestiolarū
sylvestriū ratione habita, alioqui empto-
ribus, equos & currus, venditorib. autem
res venditas à præfectis nostris adimi, &
cōfiscari volumus. Mandamus insuper
& ita omnino habere volumus, ut Palati-
ni debitores decimarum aratralium, &
quorumuis Ecclesiasticorum prouentuū

Censuras

Censuras contumaciter sustinentes ad huiusmodi debitorum solutionem remedijs opportunis compellant, ne Ecclesiastici prouentibus suis fraudentur.

Ea itaque omnia & singula superius descripta, quæ vel veterum Priviliegiorū rationem continent, firma, & fixa, ut prius, vel nouiter ad publicum cōmodum, inuenta, rata, & perpetua esse volumus. Harum serie literarum, quib. & manum & sigillum nostrum apponere curauimus. Datum Cracoviæ feria quinta post festum Beatissimæ Virginis Natiuitatis Mariæ proxima, Anno eiusdem partus 1538. Regni vero nostri trigifimo secundo. Sigismundus Rex s̄pt.

PRIVILEGI-
VM D. SIGISMVNDI RE-
gis de instantij (quas vocant) in iū-
dicijs Terrarum Prussiar obseruandis.

SIGIS.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie,
Magnus Dux Lituanię, Russię, Prus-
siæ, Masouiæ &c. Dominus & hæres.
Vniversis & singulis, in quorum manus
hæ nostræ literæ peruererint, planum te-
statumq; facimus, Quod cum & à Con-
filiarijs, & à reliquis Ordinibus Terrarū
nostrarum Prussiæ, vna omnium voce fu-
isset nobis supplicatum, vt tres tantū non
quatuor esse vellemus Iudiciorum in-
stantias, ita vt à secunda instantia recta ad
Nos, non autem ad Confiliarios Terra-
rum nostrarum Prussiæ, fieret appellatio.
Nos tantum esse ea in re omnium Ordini-
num consensum videntes, atq; illud vnā
considerantes, quod & iuris ordini magis
congruit, & cum ipsis litigantibus, tum
Confiliarijs Terrarum nostrarum Prus-
siæ minus & onerosum futurum, quorum
illi sumptu inutili, hi vero superuacaneo
labore

labore & molestia liberabuntur, si tres
tantum Iudiciorum instantiae obseruen-
tur. Iudicia Ciuitatum & Oppidorum in
ordinem redigēda putauimus, ita ut præ-
sentibus redigimus. Maioribus in Ciui-
tatibus Terrarum nostrarū Prussiæ apud
Iudicium Scabinorum primam volumus
esse instantiam, à quo ad Senatum, à Se-
natū rectā ad tribunal nostrum Regium
appellationem fieri. In minoribus vero
Ciuitatibus prima vt sit instantia apud iu-
dicum ciuale, à quo, si litis æstimatio non
excedat precium aut valorem quinqua-
ginta marcarum Pruthenicaliū leuis mo-
netæ, possit fieri appellatio ad Capitanos
& præfectos locorum, & ibi fiat secū-
da instantia, à quibus, cui visum erit, lice-
at appellare ad Regium tribunal nostrū.
Vbi vero valorem quinquaginta marca-
rum excesserit, fiat appellatio à Iudicio

R Civiili

Ciuitati ad Consiliarios Terrarum nostrarum Prussiæ, ut apud eos tunc secunda sit instantia, à quibus rectâ ad Regium nostrum tribunal appelleatur. Quod autem attinet ad Iudicia terrestria, maneat & seruetur per omnia, vt est in Constitutionibus expressum. Hunc Nos appellacionum Ordinem inviolatè ab omnibus in maioribus & minoribus Ciuitatibus terrarum nostrarum Prussiæ volumus obseruari & mandamus, tertiam instantiam apud Nos & non alibi esse debere præsentibus decernentes. Harum quibus Sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Datum Cracouiæ feria quadra in vigilia S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ. Anno Dñi Millefimo, Quingenfimo, Quadragesimo secundo. Regni vero nostri, Anno Trigesimo secundo.

Sigismundus Rex spt.

Legatio

LEGATIO D. SIGISMUNDI REGIS AD Ordines Terrarum Prussiæ, qua perspi-

cuum est, eosdem Ordines, licet vnum sint cum Regno corpus, die
versa tamen habere iura, & ad auxilia contra quosvis hostium
impetus ferenda, non esse astricatos, Regiam quoque Ma-
iestatem Iuribus Terrarum Prussiæ nihil detractum
cupere. Anno Domini M. D. XLII.

SAlute dicta & Gratia Regia in hanc
sententiam Orator noster verba faci-
et. Deliberatum erat Sacræ Maiestati
Regiæ, quādoquidē non sine graui animi
fui molestia, toties id frustra egit, non am-
plius instare atque vrgere ut pro officio
suo Do. vestræ, Terrarum harum Prus-
siæ rationibus consulerent, quas impe-
diri per nonnullos intelligebat, Nam ne-
que personæ dignitatisq; suæ id esse puta-
uit incassum ea tentari, quæ tot missis nū-
cijs, tot tam accuratis hortationib. & mo-
do non obtestationib. obtineri hactenus

non potuerunt. Cum tamen non suæ pri-
uatæ vtilitati, sed Reipub: terrarum ista-
rum cōmodo, periculosisimis temporis-
bus his, pro boni Regis, veriç; patriæ pa-
rentis officio prospectum voluerit, facile
conijcere possunt Do. vestræ, quoniam-
quidem tot iam legationibus, nihil aliud
postulatum est, per S. Maiestatem Regi-
am à Do. vestrīs, quam vt suam ipsorum
& charissimorum pignorum, coniugūq;
fuarum salutis curam susciperent, vt for-
tunas suas saluas vellent, vt tuendæ et de-
fendendæ patriæ suę rationē aliquam ini-
tent, quo ferendum illi animo fuerit, ni-
hil se tantopere instando atque vrgendo
proficere potuisse, poterat certe offensus
animus, eorum curam abiijcere, quos ip-
sos sui curam priores abiecisse, suāq; po-
stulationis & paternæ admonitionis tam
exiguam habuisse rationē videbat. Sed
quo

quo est paterno erga suos animo, quaque
est senili prudentia, etiam si erratum ab
his grauiter videbat, quos liberorum lo-
co charos habet, non ideo tamen suum
ab illis animum prorsus alienandū: neq;
curam eorum posthabēdam existimauit.
Me ad D. vestras misit, vt qui oculatus
fui testis, eorum quæ proximo superiore
autumno ad Budām gesta sunt, qui mo-
do non ipse interfui, miserandæ cladi illi,
quam à Turcis eo tēpore Respub: Chri-
stiana maiorem accepit, quām vt fando
explicari queat, verbis Maiestatis eius D.
vestras admonereim, vt animo secum di-
ligenter reputarent, quantum in periculū
non modo Vngaria et Germania, verum
etiam inclytum Polonię Regnum & ter-
ræ istę Prussiæ vniuersæ ex hac tanta chri-
stiani exercitus strage sint adducte. Si fu-
it aliquando, nunc hora est maxime, nos

de somno surgere, Appropinquauit enim
ille, qui tanquam Leo circumiens quærerit
quem deuoret, Nullum sibi quidem in-
dictum à quoquam & denunciatum bel-
lum, habet S. Mtás Regia, quę experien-
tia magna didicit, nihil esse pace vtilius,
cuius nomē dulce, res est ipsa comprimis
salutaris. Semper itaque Mtás eius à tur-
bulentis consilijs abhorruit, neq; irritan-
dum atque armis laceſſendum quęquam
putauit, etiam si laceſſita neque animum
neque vires sibi deesse ostendit, Christo
conatus eius adiuuante, ad vim cuiusuis
propulsandam, Ne nunc quidem alio est
animo, quin potius in veteri more insti-
tutoq; suo perseverare statuit, sed ea videt
esse tempora, quibus maiora quam vn-
quam antea Regno ditionibusque Mtis
eius impendent pericula. Quare prouo-
care ipsa neminem decreuit, Sed proui-
dendum

dendum esse nihilominus dubijs temporebus his censet, si quę nec opinato vis alio cunde maior existat, quemadmodum ea propelli queat. Intelligit S. Mt̄as Regia quę sua sit, quæ hostium potentia, suis ipsa viribus non esse fidendum prospicit, Sed Christi solius gratiæ & misericordiæ, qui vult nihilominus, si adiuuari à se velimus, ut & ipsi manus admoueamus. In hoc itaque spe omni & fiducia collocata, non in curribus non in equis, sed in solo nomine Domini nostri Iesu Christi, persuaderet sibi S. Mt̄as Regia, si suorum omniū vires cōiunctas habeat, etiam si nulla adfint externa auxilia, posse se tamen Christo duce quamlibet magnā hostium vim propulsare, Sed si solius Regni copijs id fieri posse credat, metuit ne tentare Dominum videatur. Quamobrem in hoc studiū toto (quod aiunt) pectore incumbit,

bit, ut non modo Regni, verum etiā omnium terrarum ditionumq; suarum vires, contra vim aliquam maiorem cōiunctas habere queat, A qua ratione, cum non abhorrere videatur Magnus Ducatus Lithuaniae, qui tamen ad Regnum nequamquam pertinet, quanto magis æquum est, eandem ad rem, suas Do: vestras voluntates inclinare, quæ etiam si Iura habeant diuersa, idem tamen certe, cum Regno corpus sunt. Nihil est necesse repetere eadem, quæ antea quoque dicta sunt Do: vestris, & quæ ipsæ pro sua prudentia facile perspiciunt, quam facile sit dispersos vincere, quam difficile in vnum omnes congregatos, Si quod Deus omen auer-
tat, aliquid de Regno actum esset, q spes reliqua terris his esse posset? Hoc itaque prouidendum est omniratione, ut totum Regni Corpus, si quæ vis maior ei se op-
ponat,

ponat, adiūctis etiam eorum auxilijs, qui
eisi ad Regni Corpus non spectāt, eidem
tamen Domino subsunt. Nihil est quod
hic legum & patriarcharum Constitutionum
fiat mentio, quæ cum ad vtilitatem Reip:
latæ sint, ad interitum eius, vti eis velle
rationis non est. Non hoc postulat Sacra
Mtás Regia, vt ad quemuis hostium im-
petum, suas Do: vestræ cum vires coniū-
gant: nihil illa de iurib. Terræ huius de-
tractum cupit, Sed si vsus veniat, quod ta-
men prohibere Diuina misericordia dig-
netur, vt potentior aliquis hostis ingruat,
Tum vero postulat Sacra Maiestas Re-
gia, vt tanquam ad commune incendiū
restinguendum, communibus omnium
viribus succurratur, Ne si de legum lite-
ris disputare, quām armis libertatem no-
stram tueri maluerimus, non modo Iura
nobis nostra eripiantur, sed nos etiam

S

ipſi,

ipſi, vñā & cōiuges liberiq; nostri, partim
vita fortunisq; omnibus euertamur, par-
tim in duram feruitutē captiui ducamur,
Quæ omnia gratia sua & misericordia
procul à nobis Deus auertere dignetur.
Admoneat Do: vestrás infelicis Vnga-
riæ casus, quæ si coniunctis omnium viri-
bus, hostili potentiæ restitisset, nondum
fortassis ad hanc calamitatem peruenis-
set, quam sine lachrimis nemo cōmemo-
rare potest. Hoc vñā secum repetent Do:
veſtræ, quæ fides Regi & Domino debe-
atur, quam id indecorum, quam parum
honestum nobis futurum effet, quam à
Nobilitate, virtuteq; nostra prorsus alien-
um, Regem & Dominum nostrum, de
nobis bene merentē, de Regno, deq; for-
tunis suis omnibus dimicantem deserere,
neq; ei periclitanti omni ope nostra ades-
se. Non est quod Do: vestræ, in id tēpus
consulta-

cōsultationem hac de re reijciāt, quo ar-
mis potius, quam consilio opus futurum
esset. Tempori prouidendū est, si & Re-
gem nostrum & nos ipsos saluos esse vo-
lumus, Nam & hæc ipsa æstas quæ instat,
quid allatura sit, quis est qui certo scire
queat? Non modo Sereniss: Ro: Regi,
sed & fratri eius Imperatoriæ Mti, graui-
ter his temporibus fortuna est aduersata,
quæ non minorem, quām ipse Serenissi-
mus Ro: Rex, cladem accepisse certo
nunciatur, qua ex re dubiū non est, quin
creuerint animi, cōmuni Christiani no-
minis hosti. Omnia itaque formidat S.
Mtās Regia, ac tempori prospiciendum
suis esse putat. Quapropter in his ipsis co-
mitijs, constituant iam tandem Do: ve-
stræ, quibus copijs adesse Regno possint,
si quis hostium fiat validior impetus. Ac
ne desint bellorum nerui, certam etiā pe-

cuniam contribuendam decernant, qua
conduci miles quæat, si qua id necessitas
postulet. Hæc sunt, de quibus agere me
cum Do: vestris S. M^{ts} Regia misit, que
cum eius generis sint, ut ad salutem earū
tuendam, ad fortunas conseruandas per-
tineant, Etiam atque etiam pro Paterno
animo suo Do: vestrashortatur S. M^{ts} Regia,
ne vsque adeo Reipub: suæ com-
modorum, neue suæ ipsius & liberorum
coniugumq; suarum salutis obliuisci ve-
lint, vt salubribus his monitis S. M^{ts} R.
obtemperandum non putent, Memine-
rint potius, quid Principi suo, quid patriæ
suæ debeant, atq; ad illius utilitatē consi-
lia sua omnia dirigant. Quoniā vero al-
latæ sunt non pridem literæ ad S. M^{ts} Regiam,
à Serenissima Do: Maria Hun-
gariæ Regina, quibus postulat vt ratio in-
ueniatur, qua per Serenissimum Dominū

Daniæ

Daniæ Regem, hominibus eius vltro ci-
troq; tuto nauigare liceat, quod nisi cura-
tum sit, sibi necesse fore, vt aliorum Prin-
cipum, ita nostris quoque subditis, nauig-
atione interdicere. Harum literarum
exemplum ad me missum, Do: vestris
profero, vt posteaquam legerint, quid ea
dere consilij capiendum sit, S. Maiestati
Regiæ significant: quo cōmodis harum
terrarum prospiciatur, vt libera omnibus
& secura sit nauigatio, &c. Daniel Epi-
scopus Ploceñ: & Vicecancell: spt.

A D D. SIG I S.
MVNDVM REGEM ORDI-
num Terrarū Prussiæ missa legatio, qua
petierunt vt Priuilegiorum literas, progenitorum fide, virtute &
sanguine partas, & ab ipsis fide & conscientia non peccore haec
nus possellas, ratas inuolatasq; conseruaret, Terrarum tum
temporis prei de vig iantissimo Reuerendissimo Dño
Tidemanno G:lio Episcopo Varmieñ. Anno
Dominii M. D. XLVIII.

IN magna perturbatione Anno superiore Sereniss: Rex constituti, S. Maiestatis V. subditi Consiliarij Terrarum Prussiæ, cum eorum Iura et Priuilegia solito acrius oppugnarentur, collato consilio cum cæteris illarum terrarū statibus, nos ox singulis quibusq; Ordinibus electos ad Sereniss: M:tēm V. designauerat Oratores. Quoniam verò eiusmodi videbatur esse causa, quæ Maiestatis Regiæ animum perplexiorem reddere posset, si sine mediatore cōmodo apud ipsam ageretur, censuerunt prius Legationis nostræ rationes omnes S. M:tis V. filio Regi & Domino nostro clementissimo, ad quem totius negocij pondus peruenturum erat, exponendas esse.

Missi igitur in Lithuaniae Ducatum, cuncta ad eius M:tēm retulimus, que apud S. M:tēm V. agenda nobis essent, quorū omnium

omnium exempla atq; ipsam instructam
Legationē, cum non ignoremus ad Ma-
iestatem V. transmissam fuisse, nolumus
nunc iterata illorum recensione auribus
Mūs V. duplicato tædio esse molestio-
res. Ne tamen fides desit relatis, ipsum
Legationis autographum V. Mtī quan-
docunq; iuferit exhibere, parati sumus.
Interim alterum ipsius exemplū per op-
portunitatem coram Mtēm V. recitan-
dum offerimus, humiliter eam precantes,
dignetur hæc non certādi studio, sed sup-
plici & syncera fide, nec citra necessita-
tem proposita, in benigniore partem in-
terpretari, ac pio, vt solet, affectu in ani-
mum admittere.

Quoniam vero nobis & fratribus no-
stris plus præsidij est in naturali illa cle-
mentia et æquitate Mūs V. quam in con-
tentiose verborum & argumētorum ex-
pliacione,

plicatione, ipsas Privilegiorū literas, quibus nitimur, publica fide exceptas, reponimus & prosternimus ad pedes Mts V. cui potestas est vel conculcare illas, si id cōmeriti sumus, vel rata inuiolataq; conservare ea, quæ solenni pactorum fœdere recepta sanctè, ac non solum clarissimæ memoriæ Casimiri Regis parentis, sed ipsius quoque Mtis V. & plurimorū procerum, huius Regni Senatorum, quorum nepotes et cognati adhuc supersunt, sigillis & sponsionibus stabilita esse, hæc quæ hic coram Mtē V. in prospectu iacēt, clarissimè testantur. Quæ omnia progenitorum nostrorum fide, virtute & sanguine parta, cum à nobis posteris, fide & conscientia non peiore sub Mtis V. tutela haec tenus possideantur, Nos nomine dictorum Statuum ac omnium Mtis V. subditorum terras Prussiæ incolentium tam spiritualium

ritualium quām secularium, tam adūltorū
quām à maternis vberibus pendentium,
quorum omniū vna libertatis agitur cau-
sa, vna concussionis manet asperitas. Ad
pedes S. M̄tis V. humiliter prouoluti, per
adorandam gloriam diuinę M̄tis, sub cu-
iūs conspectū acta & gesta sunt hæc oīa,
per Domini nostri Iesu Christi precio-
sum pro nobis effusum sanguinē redem-
ptionis, istorum nostroruīn fœderū con-
scium, per venerādum nomen & hono-
rem Diui Casimiri genitoris M̄tis V., qui
omnium illorum fuit dux, præses & au-
thor, per ipsius quoque M̄tis V. regalem
hunc thronum, & sacrum Regni Diade-
ma, sub cuius protectione hactenus suste-
tati, vtcu nque respiramus, per deniq; al-
tissimam illam maiorum nostrorum fi-
dem, qua se & salutem suam, cōiuges &
liberos, fortunas & facultates suas omnes

T

Diuo

Diuo parenti Maiestatis V. & inclyto
huic Regno vltrò crediderunt. Oramus
& humiliter obsecramus Mtm vestrā
eiusq; pietatem ac orbi celebrem fidem
obtestamur, ne finat hanc gloriosam se-
nectutem dei jci à conscia seruatæ semper
iustitiæ erga omnes, ac à præconio illo Re-
galis constantiæ & moderationis, quo to-
tius orbis Monarchas hactenus antecel-
lit, Nec permittat nos toto spiritu & ani-
ma sibi subiectos deturbari à libertate il-
la, quam à Maiestate V. & eius Diuo pa-
rente acceptā, hæreditariam in nos patres
nostrī transfuderunt, Qua præter cōmeri-
tum priuari, non potest nobis vitæ & fa-
cultatum destituzione esse minus acerbū.

Cōmoniti autem usu & experientia
inuictæ clementiæ & æquitatis Maiestatis
vestre, firma sumus spe maiorum nostro-
rum fidem & merita, ac in nos propaga-
tam

tam fidelitatem apud ipsam Maiestatem
vestrā digna haberi æstimatione, ac pro-
pterea nos & dictos Status sub gratia &
protectione eius ab hac infestatione de-
inceps fore tutos, restauratis his, quæ ha-
ctenus ab integritate sunt conuulta, quod
deuotissime iterum supplicamus. Prouo-
cabit hac benignitate Mtás V. animos
subditorum ad fiagratiōra fidei & deuo-
tionis obsequia, ac sibi Serenissimoq; fi-
lio suo laudem hanc conseruatæ Iustitiæ
apud posteros indicibilem & sempiternā
constituet. Non dubitamus Serenissi-
me Rex, Sacra Maiestas vestra digna-
biur nostris his humilimis nec inhone-
stis, imò & necessarijs supplicationibus
gratiosam aurem præbere, nosq; clemen-
ter exauditos, ac sibi deuotissimè com-
mendatos, ad fratres nostros lætos nun-
cios remittere,

T 2 SVP.

SVPPPLICATIO EORVN-
dem Legatorum, oblata Regiæ Ma-
iestati Die XXIII. Ianuarij.

Serenissime Rex, dignabitur M̄t̄s V.
in memoriā reuocare, nos nuper no-
mine omnium Statuum Terrarum Prus-
siæ ad pedes M̄s V. prouolutos, non ali-
ud petijsse, quām proprium Regiæ celsi-
tudinis officium, ut Iura & Priuilegia no-
stra, quorum exēmpla ad pedes M̄t̄s V.
collocauimus nobis integra fide seruarē-
tur, Èà sanè Priuilegia, quæ ob excellen-
tissima maiorum nostrorum merita à Se-
renissimis Poloniæ Regibus cōcessa, no-
bis posteris hæreditaria successione sunt
per manus tradita. Quæ quamuis in col-
latione dignitatum, Officiorum & Præ-
fecturarum nominumq; fuerint cum in-
iuria nostrorum interrupta, tamen à M̄t̄
V. Thorunij nuper fuerunt in plurimorū
Regni

Regni Senatorum præsentia reintegrata,
& innouata, multis subsecutis promissis
Regio Sigillo & manu firmatis, de non
admittendo deinceps similiū eruptionū
euentu. Id vero quem in modum sit no-
bis conseruatum (quod multo gemitu re-
ferimus) præsentium temporum casus
ostendit, quo non solum conatum & stu-
dia aduersariorum in occupandis nostris
Iuribus acerrima, sed etiam ipsos iam oc-
cupatotes nobis insultantes oculis cerni-
nius. Ad quas reprimendas & tollendas
iniuriās, si non mouerint animum M̄s
V. supplices preces nostræ, tām religiosæ
obtestationes diuini nominis ac passionis
Dñi nostri Iesu Christi, non habemus in
mundo reliquū aliquid præsidij aut inter-
cessionis, his nobis aduersantibus, qui
votorum nostrorum adstipulatores me-
ritò esse deberent. Reuertimur igitur ad

vnicum illud remediū supplicationis no-
stræ, per ipsius Dñi nostri Iesu Christi sa-
cratissimam mortem, vnicum hoc peten-
tes, quod toties repetere coram Mtē V.
pudor nos cohibet, ac hoc ipsum etiā pro
nostra fidelium Consiliariorum fide con-
fidentes, vt cuique iura sua salua maneāt.
Quæ cum sit actionum nostrarū summa,
obsecramus, ne diutius nos Maiestas ve-
stra in hac ambiguitate sustineat, sed pe-
tentibus nobis respondere dignetur, vo-
let an non volet Priuilegia nostra integra
uobis conseruare & manutenere, simulq;
nobis integra restituere, quæ contra Pri-
uilegia nostra sunt alienata, ac scripto ali-
quo hanc suæ voluntatis declarationem
nobis attestari, vt de actis nostris & huius
legationis nostrę successu fidem fratribus
nostris facere liceat, ac omnibus Mai-
estatis Vestræ subditis referre, quæ ipsis
restet

restet libertatis spes & conditio. Non
enim Sereniss: Rex propterea huc missi
sumus, vt de Statu & libertatibus nostris
iudicio contendamus cum quoquā, mini-
mè verò, vt eorū subeamus cognitionē,
quorum superioritatem non agnoscimus,
sed quorundam ex illis aduersitatem ex-
perimur. Negocium nobis cum nemine
est, nisi cum S. Mte V. quæ vt pacta &
conuenta, ac toties promissa seruet, di-
uino & humano iure nobis est obligata.
Nos partes nostras exegimus humilita-
tis & supplicitatis debitæ, nec spem depo-
nimus, quin S. Mtās V. iusticiæ rationib.
deuicta, ea quæ à nostris Priuilegijs, ma-
ximè in castrorum & Præfecturarū alie-
natione hactenus sunt auulsa, nobis hic
præsentibus restaurare dignabitur, ratio-
ne aliqua reperta, quæ his Dominis, qui
inscriptions nouas vtcunq; super his ob-
tinuerunt,

tinuerunt, pro præstitis seruitijs compen-
satio aliqua citra nostram iniuriam fieri
possit. Interim etiam prouiso, vt Gene-
rosus Dominus à Bayſen Castellanus
Elbingen ob insignia merita progenitorū
ſuorū liberè fruatur inscriptionibus, quas
super Castro Mevven à Mte V. obtinet,
ante quarū exitum deturbare illum Do-
minus Palatinus Ploceñ conatus est, de
qua inconcessa licentia ex terris Prussiae
plærique exacerbati ad nos scipferunt,
nec parum nos quoque afflixit, quod hæc
nobis h̄ic apud Mteim V. ad eius vocati-
onem præsentibus præter spem & opini-
onem admittuntur. Dignetur autem Sa-
cra Maiestas V. his omnibus rebus Re-
gia benignitate ita prospicere, ne cum
mōrore & pudore ad fratres nostros re-
uersi, maiorem etiam ipsis mōrorem af-
feramus. Acceptura pro hoc iusticiæ me-
rito,

rito, præter diuinæ gratiæ pensationem,
etiam huius afflictæ nobisq; dolendæ va-
letudinis suæ, optatam laxationem. A
nobis verò consolatis subditis suis, quæ
inde cōmoda sibi Serenissimoq; filio suo
prouentura sint, pro sua incomparabili
prudentia, ipsa æstimabit.

Eiusdem S. Mts V.

Subdit

Legati omnium Statuum Terrarū
Prussiæ vnā cum Equestris Ordin-
nis & Ciuitatum minorū nuncij.

LITERÆ D. SIGISMUNDI AVGVSTI RE-
gis, quibus se debitum iuriurandum præ-
stissime, & ita Serenissimi parentis pro se datam fidem liberasse fig-
nificat. Et solenniter cauet, quod post obitum patris, nemò suba-
ditorum parere debeat, nisi prius ipsis omnia Iura & Priu-
legia tam publica quam priuata, & quasuis literas, liber-
tates & immunitates, à Maioribus suis donatas, & à
Serenissimo parente adhuc donandas & consti-
tuendas, literis suis confirmauerit, & iuxta
conuentiam & tenores earundem in
debita executione posuerit.

V SIGIS-

Sigismūdus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniae, Russiæ, Prussiæ, Masouie, &c. Dominus & Hæres, Significamus testatumq; facimus vniuersis et singulis cuiuslibet Ordinis, dignitatis, atque conditionis hominibus, Quum Consiliarij Regni nostri Poloniæ, singulari quadam propensione erga Serenissimum Parétem nostrum Dominum, Dñm Sigismundum eius nominis primum Regem Polonię, & erga nos prosapiamq; nostrā vniuersam adducti, anno abhinc septimo nos Regem Poloniæ designarent, eidemq; Regno, obediētiæ & fidelitatis iureiurando nobis dato, nos inaugurarent, recepit eis pro nobis & spopondit, & literarū monumentis consignatis cauit idem Serenissimus Parens noster, quo volente & adiuuante hæc fiebant, minime teneri eos iureiurañ suo

suo quod nobis præstitissent, nec imperio
nostro parere debere, nisi nos ipsis vicis-
sim iuraremus, **Nos** omnia Iura, Priuile-
gia, libertates, literas & immunitates iu-
stas & legitimas, eiusdem Regni nostri
Ecclesiasticas & seculares, quibusuis Or-
dinibus & hominibus, nemine excepto,
à Maioribus nostris Regibus Poloniæ,
præsertim autem à Diuo Casimiro anti-
quo, Ludouico, Vladislao proauro, Vla-
dislao magno patruo, Casimiro Auo, Io-
anne Alberto & Alexandro patruis, &
Serenissimo Sigismundo primo Patre no-
stro donatas, omnino ratas habituosesse,
seruatueros & defensuros, omniaq; inique
ab eodem Regno abalienata atq; distra-
cta pro viribus nostris recuperatueros, &
ad vniōne Regni aggregatueros, nec im-
minuturos fines eiusdem Regni Poloniæ,
sed auctueros potius prolatuerosque quoad

V 2 poterimus,

poterimus, atque id iuriandum ut tum
deniq; daremus, cum adultiorem ætatem
attigissemus, hoc est cum quindecimum
ætatis nostræ annum progressi essemus.
Verum ea lege tamen, vt nihilominus
vniuersa eiusdem Regni Poloniæ pote-
stas, imperium & Iurisdictio, penes Sere-
nissimum Parétem nostrum esset quoad
is viueret. Id verò tempus præscriptum
quum aduenisset, iuratimus publicè in
summo templo in Arce Cracouiense,
quarta die Februarij anni paæsentis, ver-
bis conceptis, ad Sancta Dei Euangelia,
in eam sententiam cuius supra memini-
mus, et Serenissimi Parentis nostri fidem
pro nobis datam liberauimus. Cæterum
vt pactis illis & conditionibus, quibus ad
nos Regnum delatum est stemus, & ne
idem illud Regnum nostrum vllis turbis
atque difficultatibus inuolucremus, me-

mores

mores primorum beneficiorum, officijq;
noſtri atque beneuolentiæ singularis erga
nos omnium noſtrorum Subditorum re-
cipimus, ſpōdemus, ac Regio noſtro ver-
bo pollicemur, primum omnia nos quæ-
cunque iurauimus omnibus Subditis no-
ſtris Incolis Regni Poloniæ, cuiuscunq;
ordinis & conditionis fuerint, absque vi-
la controuersia feruare, defendere, &
exequi velle. Deinde nihil nos imperij
neque Iurisdictionis in eodem Regno vi-
uente Sereniss: Patre noſtro nobis eſſe
vſurpaturos, neq; coacturos quenquā in-
uitum & recufantē voluntati iuſſiſq; no-
ſtris parere, Sed in eiusdem Sereniss: Pa-
rentis noſtri potestate, quoad victurus eſt
oia, noſq; iplos etiā futuros eſſe. Postre-
mo post obitum etiam, qui utinam ferò
cōtingat Sereniss: Patris noſtri, neminem
prædictorum Subditorū noſtrorum no-

bis parere debere, nisi prius ipsis vniuers-
fis omnia Iura & Priuilegia, tam Regni
nostrī Polonię & ditionum eius commu-
nia, quām priuatarum personarum aut
locorum quorumcunq; priuata, & quaf-
uis libertates, literas & immunitates, à su-
pra memoratis Maioribus nostris dona-
tas, quæque deinceps adhuc à Serenissi-
mo Patre nostro, quā diu viuet, donabū-
tur & constituentur literis nostris confir-
mauerimus, atque iuxta continentiam &
tenores earundem in debita executio-
ne posuerimus. Quæ omnia libenter pro-
viribus nostris faciemus & exequemur,
Quod vt certum firmumq; sit signo no-
stro quo nunc utimur literas hæcse con-
signauimus, & manu nostra subscripsi-
mus. Datum Cracoviæ sexta Februarij,
Anno Domini Millesimo, Quingentesi-
mo, Trigesimo septimo.

DECLA-

DECLARATIO
IVRAMENTI D. SIGISMVN-
di Augusti Regis Regno Poloniæ præ-
stati, illud ad Terras quoque Prussiæ pertinere, illasq; cum
suis Subditis in illo esse comprehensas.

SIGISMVNDVS AVGTSTVS
DEI gratia REX Poloniæ, Magnus
Dux Lithuaniae, Russiæ, totiusque Prus-
siæ, Masouiae &c. Dominus & hæres.
Significamus præsentibus literis quorum
interest vniuersis. Quoniam in dubium
vertitur, an iuslurandum nostrum, quod
Anno Millefimo, Quingentesimo, Tri-
gesimo septimo solenniter præstitimus,
Status quoq; & Subditos Terrarum no-
strarum Prussiæ compræhendat, cum ad
Statu tantum Regni Poloniæ videatur
adstrictum, de alijs dominijs ipsi Regno
incorporatis, nulla mentione facta. Nos
pro liberatione fidei Diui Parentis nostri,

& secu-

& securitate Terrarum nostrarum Prus-
siæ, præsentibus declaran: & interpre-
tañ: hoc nostrum iuramentum, bona
fide dicimus & affirmamus, nostram
intentionem & mentem, tunc cum iura-
uimus, nec alio sensu à nobis intellectum
esse, quam vt ipsum iuramentum etiam
ad terras Prussiæ pertineret, ipsæque ter-
ræ cum suis Subditis in illo essent com-
præhensæ, vt & compræhensos volu-
mus & interpretamur. Harum testimo-
nio literarum, quibus Sigillum nostrum
est impressum. Datum Piotrkouiæ pri-
die Epiphaniæ Domini in conuentione
Regni generali, Anno Dñi M. D. xljx.
Regni nostri xjx. Samuel Episcopus
Cracouieñ & R. P. Cancel: spt. Relatio
Reuereñ in Christo Patris Domini Sa-
muelis Episcopi Cracouieñ: &
Regni Poloniæ Cancel: &c.

Sunt

SVNT & præter hæc alia nonnulla Pri-
uilegia, Regia Responfa, Legationes
& literæ, quæ nunc ad manum non fue-
runt, sed suo quoque tempore prælo sub-
iici & in publicū proponi poterunt, Can-
didus Lector hæc boni consulere, & his
tantisper perfui dignabitur.

INDE DATÆ LEGES, NE FORTIOR
OMNIA POSSET,
CÆPTA QVE SVNT PVRE TRADITA
SACRA COLI.

FINIS.



Librarij menda sic tolle.

A. 2. facie 1. versu 15. inter occurserunt & ibidem dele
comma.

B. 2 f. 1. v. 9. pro qualibet lege cuilibet.

Ibid. f. 1 v. 11. pro indotatis in dotatis.

B. 3 f. 1 v. 8. profuit fuerit.

Ibid. f. 1 v. 17. inter eisdem & alijs dele comma.

B. 4 f. 1. v. 17. pro equitaturus equitet.

D. 2. f. 1. v. 10. post Magistro adde &.

G. 1. f. 2. v. 14 pro parare parari.

K. 2. f. 2. v. 9 pro spondens spondentes.

K. 3. f. 1. v. 16. pro Curienasibus Curiensibus.

Q. 1 f. 1. v. 2 pro nauigalibus nauigabilibus.

Q. 4. f. 2. v. 19. pro & est.

S. 1. f. 1. v. 9 post cum adde Regno.

Ibid. f. 2. v. 11. pro repetent reputent.

S. 2 f. 1. v. 15 pro tempori in tempore.

S. 4. f. 1. v. 10. pro Miēm Mīē.

V. 2. f. 2. v. 4. pro progressi egressi.

V. 4 f. 2. v. 6. post iurauimus adde fuisse.

HÆC quæ corrigerentur necessaria
visa sunt. Occurrent & alia nonnulla,
sed nullius fermè momenti, vbi litera
pro


pro litera summittitur, diphthongus pro
e simplici collocatur, commata non suo
loco interferuntur. In quibus corrigen-
dis superuacuum laborem insumere no-
luimus, cum ea diligens & attentus Le-
ctor per se facilè obseruare & suomet iu-
dicio tollere possit. Sunt etiam in qui-
busdam locis quædam obscuriora, quæ
tamen mutare noluimus, cum quod in
Authēticis ad eum modum scripta com-
perirentur, tuim ne his, quæ in publicum
proponimus, fidem vllatenus detrahere-
mus.


SOLI DEO HONOR ET
GLORIA.




Dantisci excudebat Iacobus Rhodus.

M. D. LXXVIII.







Library No. 66



22

